



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

Caput IV. De Prosecutione eiusdem Ordinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tuis petit: & Canonistæ communiter. L. si rem lata. i. ff. de rei vind: Affero 2. in actionibus universalibus, & generalibus non esse exprimendam in libello rem. L. si quo ff. de petit. hæred. & ibi DD. ut quando petitur hæreditas, aut Ecclesia cum juribus & pertinentiis suis. cap. cùm ad sedem. den. stit spoliat, aut quando sunt actiones mandati, tutelæ. L. Licet. C. de jud. & ibid. DD.

C A P U T IV.

DE PROSECUTIONE EIVSDEM *Ordinis.*

T I T U L U S VI.

DE LITIS CONTESTATIONE.

C A S U S.

TYrannus ad exhaurienda cuiusdam opulenti & jactabundi bona, sub gravi poena præcepit, ut aliquum litteras edoceret. Ille impossibile ait fore: nisi multum temporis in erudiendo sibi a sino suo concedatur. Petere quantum vellet iussus, decennium impetravit: derisus ab omni-

L. fin
actio-
is non
. si quo
do pe-
uribus
i. den-
s man-
l. DD.
DEM
NE.
cuius-
li bo-
it ali-
possi-
poris
ceda-
nus, us
us ab
mni-

omnibus, tanquam rem impossibili-
lem suscepisset. Ille solatus amicos,
nil timeo, inquit: nam interim vel
ego moriar, vel asinus vel Dominus.
Poggius in Facetij. Quæritur, an suscepti
& non adimulti operis reus, absque
litis contestatione plecti potuisset?
Resolutio petenda ex num: 5.

II.

Primâ judicii parte expeditâ secundam
aggredimur à litis contestatione usq;
ad sententiam definitivam exclusivè, quia
hæc inter ea, quæ ad judicium ordinarium
seu plenarium necessariò requiruntur,
principale fundamentum & veluti basis
est, ut propterea quæ præcedunt, non tam
act' judiciorum propriè dictorum, quàm
eorum præparatoria dicantur, & sint. Et
enim licet judicium in latiori significa-
tione, à citatione legitimè factâ incipiat,
quoad aliquos juris effectus (v. g. quoad
inducendam litis pendentiam ut nihil in-
novari possit, Clem: 2. ut lite pend. ad indu-
cendam præventionem, ubi pluribus ju-
dicibus jurisdictio competit, ut singulis &

G in fo-

in solidum L. si quis postea. 7. ff. de jud: rursum
 ad perpetuandam jurisdictionem judicii
 delegati, sic ut morte delegantis, ubi se
 mel facta est citatio, jurisdictione non expe-
 ret: cap: super questionem de offic: deleg: item
 ad interrumptam prescriptionem odio-
 sam longissimi temporis 30. scilicet, vel
 40. annorum L. omnes. C. de prescript: Gail.
 lib: 2. obs: 7. n. 18 (tamen judicium pressum
 propriè sumptum ex com: DD. à litis con-
 testatione incipere dicimus. cit. cap super:
 L. apertissimi C. de jud: L. omnes pœnales ff.
 act: & oblig: Et ratio est: quia judicium, te-
 ste Cajet. ad 2. secundæ D. Tho: q. 38. a. 1.
 Etus collationis est, quo judex utriusque
 partis conditiones ad justitiam & veri-
 tem conferens, ex illa collatione eligit,
 terminat, ac pronunciat, atqui in citatione
 ne collatio nulla esse potest, quandoquar-
 dem hæc non sit, nisi petente auctore
 contradicente reo, & in certaminibus no-
 gotii, ut habet L. 1. C. de plus pet: Ergo. De
 inde L. 1. c. de litis cont: textus clare dicit:
 tunc contestata videtur, cum iudex per na-
 tionem negotij causam audire incipit. Ergo
 collatio in citatione esse non potest. Ergo

collationis initium est, undē enarratio
negotii incipit & consequenter quando
litis contestatio. Neq; pugnat quod sup.
(tit: 2. de injus voc: n. 4. v. sed nihilominus)
dicamus citationem esse actū jurisdictionis
contentiose, nam & oblatio libelli, reo
à Judice facta reconventio, & huiusmodi
actus, sunt jurisdictionis contentiose, ne-
que tamen ab iis judicium ceptum legi-
tur, Et licet ceptum à citatione legatur. L.
si quis postea. ff. de jud. cap. gratum de off: deleg.
solum sensus est, ceptum esse impropriè
in sensu causalī, quatenus citatio causa est
subsequentis judicii, non autem in sen-
su formalī, ut bene Lel. Manc: dissert. 3.
cap: 5. n. 25.

2. Est autem litis contestatio rei ad a-
ctoris, vel contrā, actoris ad rei petitio-
nem principalem, negando vel affirman-
do, seu confitendo, facta responsio, ani-
mo litem contestandi. cap. unico de lit: cont.
coram Judice, quia si re^o ante petitionem
actoris in judicio factam debitum fatea-
tur, non per hoc inducitur litis contesta-
tio L. si debitori ff. de judic: ut nec per re-
sponsionem rei ad positiones actoris fit

litis contestatio cit. cap. unico. Barth: in L.
 unica. C. n. 13. h. t. nam qui ponit, non per
 hoc ostēdit se agere aut petere velle; mul-
 ta enim subinde ponit actor, quæ tamen
 postea, non petit sibi semper per Judicis
 sententiam adjudicari, & aliud est pone-
 re, aliud petere. SED neq; litis contesta-
 tio inducitur per nudam facti narratio-
 nem & responsionem secutam, quia, u-
 jam diximus, contestatio litis fit solūm pa-
 petitionis in jure propositionem & re-
 sponsionem. Divisa à nonnullis in negati-
 vam & affirmativam. Affirmativam vo-
 cant, cùm reus affirmativè litem contesta-
 tur fatendo debitū idq; vel purè, cum sim-
 pliciter reus debitum confitetur: vel non
 purè, cùm simul objicit exceptionem per
 emptoriam. Negativam, cùm Reus nega-
 tivè respondet, inficiando simpliciter de-
 bitum, vulgatis verbis. Nego narrata per
 ctorem L. unica. & ibid. Gl: C. h. t. aut dicen-
 do tu mentiris, ut ex Bald: tradit Marant.
 6. h. t. n. 4. nisi huiusmodi verba prolat-
 fuerint ex calore iracundiæ. Abb: incit: cap.
 unico. n. 28. h. t. Sed quid illa sibi sup:
 amo contestandi litem? an oportet expre-
 seu

eum dicere, se respondere animo contestandi litem? Minime, nam semper ita respōdere præsumitur, nisi expressè contrarium protestatur. Rota decis: 11. incip: si pars in antiquis. Quin etiam si protestetur litem super libello exhibito contestari nolle, respondeat autem postea simpliciter, ad libellum negativè nihilomin⁹ per hoc censembitur contestata lis cit. cap. unico. h.t. Ratio, quia protestatio actui contraria, tollit protestationis effectum. cap. cum M. Ferr. de constit: & ibid: Felin: & Canonistæ comm. Fatemur tamen, si peremptoria exceptio contra intentionem actoris opponatur à Reo, litis contestationē impediti. Marant. 6. p. h. t. n. 6 & alij. quia non negat debitum v. g. qui se tutum exceptione asserit.

3. Utrum unicā duntaxat voce, an & libellis fieri possit litis contestatio: petunt aliqui. Hostiensis existimat vivam vocem exigi: Sed reclamat communis schola & quotidiana praxis, colligitur ex Leg. 14. §. Patroni C. de iudicij. Quæri præterea potest, an in omnibus causis necessaria sit litis contestatio? enumerat enim Marant. Socin: cap: frequenter ut lite non cont: casus.

supra octuaginta, in quibus necessaria
 non sit. Nos breviter censemus, non requi-
 ri necessariò litis cōtestationem i. in cau-
 sis spiritualibus, quando agitur de bene-
 ficiis Ecclesiasticis, decimis, matrimonii,
 usuris, vel dictas causas quoquo modo
 tangentibus, ut electionibus, & provisio-
 nibus Ecclesiarum. Clement. dispensio ^{am}
 de judic: juncta Clem sāpē contingit: de verb. ^{fi}
 Panor. in cap. i. n. 19. 2. in causis possessoriis
 cap. quia pr̄fūlatus. & ibid Gl. i. q. 4. Panor.
 in cit: cap: i. n. 2. h. t. licet idem Panor. ali-
 ter sentiat in cap: consultationibus. sub: n. 9. di-
 offic: deleg: 3. in causis summarīis, seu judi-
 cio extraordinario. Henricus Can: in not.
 ad tit 7. de litis cont: & §. judicium extraordi-
 narium tit: i. de jud: Cæterūm in causis ap-
 pellationis ex citatione appellati, fit liti
 contestatio, quando appellatum fuit
 sententia definitiva. cap Raynaldus ver. dil-
 dus & ibi DD. de testam: addit: ad decis: 3
 de appell: in nov: circa med: Qvo d si appella-
 tum fuit à sentētia interlocutoria, an tunc
 in causa nullitatis, aliisq; causis notoriis,
 contestatio litis fieri debeat? Vide Geil:
 obs: 76. & 77. lib: 1. Adjiciunt aliqui que
 dam

dam, quæ pro litis contestatione cedere videantur, veluti libellus Principio oblat⁹. L. 1. & 2. C. quand: lib: Princ: obl. fac. lit. cont. contumacia eitati. L. properād: 13. §. & si quid: & §. seq: C. de jud: nov: 112. cap. 2. usurpatio creditoris vel domini L. cum notissimi. 7. §. imo & illud C. de præscr. 3. an. libellus præsidi oblat⁹. L. 1. C. de annali except. Sed negat Farin q. 10. n. 51. Bald: ad L. ult ff: de eo per quē. n. 7.

4. Effectus complures numerat litis contestatio. 1. facit malæ fidei possessorum ex bonæ fidei. L. certum 22. L. morem. 26. C. de rei vindic: Menoch: lib. 2. præsumpt: 31. 2. excludit reum ab exceptionibus dilatoriis: quia per eam fingitur reus illis renunciare. cap: inter Monasterium de sent: & re jud: L. exceptionem C. de probat. nisi accep-
to judicio ex nova causa emerserint, ut postea dicemus tit: de exception: 3. à die con-
testatax litis currit instantia, deq; insisten-
do eidem inter litigatores, inducit quasi
contractum. Gl. in L. 2. §. fin: ff. de prætor.
ff: ita ut actor post litem contestatam,
recedere à lite non possit, licet ante possit.
Gl. in L. pen: ff. de trans. 4. interrupit præ-
scriptionem à reo inchoatam. ff: in L. Con-

tractibus. §. 1. & fin: C. de non. num. pec. 5. A-
 ctiones morte perituras perpetuat, &
 extendit ad 40. annos L. i. §. 1. in fine C. de
 an: except. 6. facit, ut actiones pœnales, ex
 delictis vel quasi delictis descendentes, ad
 reorum hæredes in solidum transeant. §. 1.
 in fine Inst: de perpet: & temp: act: quæ alio-
 quin ex juris civilis dispositione, non nisi
 quaten' ad eos pervenisset, competenterent.
L. unica. C. ex delict: defunct: Licet de jure
 Pontificio etiam lite non contestata in
 solidum hæredes conveniri possint, ut a-
 nimæ defuncti consulatur. cap: scri: de se-
 pult: cap: tuæ nos: de usur: Atq; ita litis conte-
 statio circa id quod interest, dama, sum-
 ptus, fructus, reliquasq; accessiones, lite
 pendente emergentes, judicis officium
 parit. **L. ædiles. §. ceterum. ff. de ædilitio edicto.**
 & ab ipsius tempore, in actionibus stricti
 juris fructus veniunt. **L. videamus 83. §. si ad-**
 ctionem: ff. de usur: 7: facit ut ad sententi-
 am definitivam procedi possit, de jure
 communi; ad quam sine eâ procedi non
 potest. ut in cap. si verò etiam authen:
 bib: reis nov: 43. DD. in cap. quoniam frequen-
 ter. ut lite non cont. & nos infrà mox. Deni-
 que

que multos alios operatur effect^o, de quibus vide *Speculat. h. t. §. pen: & fin:*

5. Controversum est, an lite non contestata ad testium receptionem, aut sententiam definitivam procedi possit? Non potest regulariter, quia cum litis contestatio sit veluti basis, ac angularis lapis. *Baldus in cap: cit. unico. h. t. judicarii ordinis, neq; ante litis contestationem causa principalis in judicium deducta dicatur, nihilq; petitum cap: accedens. §. cum igitur h. t. consequens est, ut nihil etiam sit, super quo testes accipi possint, aut sup quo lite non contestata. Judex sententiam ferre queat, ut proinde lata, ipso jure nulla sit. cit: cap: accedens. Neq; hinc inferes preberi occasionem reo, impediendi proterve quamlibet litis contestationem ac juris processum: quia si tribus edictis propositis, vel uno peremptorio, malitiose, legitimè citat^o, non compareat; tanquam contra contumacem, actor mittitur in possessionem bonorum rei petitæ. L. contumacia §. contumax. ff. de rejud: Trident: c. 3. §. in causis sess: 25. His verò si reus careat, excommunicationis gladio plecti poterit,*

G 5, colli-

colligitur ex cap. 1. in fine cap. tuae fraternitati. h. t. Dixi regulariter, quia fallit dicta regula, non tantum quando lite non contestata reus est contumax, sed etiam in aliis casibus, qui notantur à Gl: in cap. quoniam frequenter §. porrò in ver. regulariter. h. t. Primo v.g. quando super fœdere matrimonii spiritualis (quale est inter Prælatum & Ecclesiam) aut carnalis, contractis aut contrahendis quæstio movetur contra reum contumacem: lite non contestatā testes recipiuntur Secundò quando agitur per viam inquisitionis. cit. cap. quoniam. Tertiò, quando timetur de morte aut diuturnâ absentia testimoniū sive re⁹ sit contumax, sive etiam absens absq; malitia, ut conveniri non possit, possunt instantे actore, ille non contestatā testes recipi super Judice rei cap. quoniam cit. in princ. h. t. cap. cum olim de test: Gail: obs: 92. 93. 94. lib: 1. idem⁹ est, si timeatur subornatio testiū, & quod propter moram variabunt fidem suam. cap. quoniam. & ibi. Gl: in ver. subtrahatur. & ibid. Panor. lib. 3. n. 6. §. duæ ff de carb. edic. aut si periculum oblivionis ob senium v. g. iminet. arg: L. hac consultissima. §. at cum huma-

humana C. qui testament: fac. pos. Quartò, quando proceditur ad sentētiā non definitivam, sed interlocutoriam. Abb: in rub. huius tit. Quintò in causis criminalibus ci- viliter intentatis, non autem criminaliter: quia in criminalibus probationes debent esse liquidissimæ & strictissimæ, nec ampliatæ. L. ult: C. de reprob. & in executioni- bus pœnarum, cessat favor. L. auxilium in princ. ff. de minor. cù magatur de gravissi- mo præjudicio, & satius sit nocentem ab- solvere quam innocentem condemnare. L. absentem. ff de pœnis. & hi ferè casus sunt frequentiores, in quibus absq; litis con- testatione ad testium receptionem, & sen- tentiam definitivam procedere licet.

TITULUS VII.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

C A S U S.

Jacobus Patavinus cognomento Grandis, dum cuiusdam Amici sui causam commendat Iudici; Adversæ Partis procuratorem liberiore lin- guâ contra se plurima loquētem au-

G 6 diit.

dūit. Cūm verò discessum uterque pararet; Iacobus in aurem Causidico, linguam, ait, præcidam tibi maledice. Hic ad Iudicem conversus, in absentem Iacobum delacchatus est. Iacobus mox ad domum venit; quantum frumenti potuit imponi currui, sūemque domesticum magni ponderis ad illum deferri jussit. Accepit ille lubens, & gratias agens, dixit: prorsus sānē Dominus meus placidè, sine ferro, linguam mihi præcidit, & contra sē mutum reddidit. Bern. Serad. lib. 3. Clāsse 13. hist. Patav. Quæritur. an amicus Iacobi absque lāsione juramenti calumnia progreedi potuerit? Resolutionem pete ex n. 2.

Ite contestatā, aut etiam non contestatā iis casibus, quibus lege permisum est, Judex in leges jurare debet, id est, se non aliter judicaturum quam legibus proditum sit: cap: fin: in prin: h. t. Semel tan-

tantum præstatur in qualibet causa etiam
summaria, criminali, ac in causa appella-
tionis cit. Clem. s̄ep̄e Authen: hoc sacramen-
tum C h. t. (quamvis olim in causis spiri-
tualibus non nisi de veritate dicendâ ju-
raretur. cap: literas h. t.) & quidem ante
sententiam, non post, quia respicit præ-
sentia & futura non præterita. Cyn. in L.
2. n. 11. C. de jur. Quid si non juraverit Ju-
dex, aut non habuerit Evangelia propo-
sita? Regulæ juris quidem congruit, ea,
quæ ab eo actu sunt, nullius momenti esse
L. non dubium 5. C. de leg: L. prolatam 4. C. de
sent: & interloc sed dissentit Bald: & alij.

2. Post Judicem jurant litigatores. A-
ctor quidem, se non calumniandi animo
litem movisse, sed quod existimaret se bo-
nam causam habere: Reus, quod putans
se bonâ instantiâ uti, ad reluctandum ve-
nerit. Et jubentur ipsi jurare etiamsi per
procuratorem agant aut defendantur, ni-
si ipsi personaliter causam suam agere ve-
lint. §. 1. Insti: depœn: tem: litig: cap. pen: h. t.
cap: fin: eod: in 6. Interpretes plura adjici-
unt capita, de quibus juretur. 1. de non
exigendis probationibus calumnię causa,
2. de

2. de non inficiando, aut reticendo si quid interrogabitur. 3. de non corrumpendo iudice datis muneribus. *Gl. in cap. 1. de jur. cal.* Ex his primum invenio expressum. *nov. 49 cap. 3* Alterum ex consuetudine magis, quam juris communis dispositione exigitur. *Vallens. lib. 2. h. t. §. 1. 3.* continetur *Authen isto Cod. de jur. cal.* 4. quod dilationem non petat in fraudem ad protractionem cause, & quod judicibus, aliisq; personis quibuscunq; nihil pro causa dederit promiserit. vè, nec per se aut alium datus sit, praeterquam advocatis, quibus de jure dari permittitur, habetur *Authen: principales. C. eod: juncta L. plebiscito ff. de officio præsid.*

3. Idem, quod diximus ipsos litigatores jurare debere, ita temperant, ut excipiant procuratorem in rem suam, & eum, qui habet speciale mandatum *arg. cap. 3 + pen. & ult. de jur. Cal. Azo in sum. C. eod.* Sed non videtur hæc distinctio ex textibus ciatatis colligi. Sunt etiam, qui separant iurandum malitiæ, à juramento calumniæ pluribus inter utrumque differentiis positis. *Specul. tit: de jur: cal: VVesemb: par: C. eodem: n. 12.* Satis ineptè: quid enim aliud est

ūd est calumnia quām malitia? Certē calumniari in criminalibus, est falsa criminā intentare L. i. in prin: ff. ad Turpil in cilibus verò est, per meras frustrationes negotium differre, vel per fraudem alios lītibus vexare. L. si calumnietur ff. de verb sig. An jusjurandum calumniæ Parentibus & Patronis remittatur controversum est. Respondet Cuiac: 9. obs. 37. non remitti: & confirmatur ex L 34. §. qui jusjurandum ff. de jurejurand. Controversum similiter, an jurejurando calumniæ non præstito, processus sit ipso jure nullus? Pleriq; distinguunt. Omissum non vitiat; recusatum vitiat judicium: item expressè remitti nequit, tacitè potest. Accurs. Bart. & alij DD. in L. 3. §. sed quia veremur C. dejurejur. Nobis quoq; distinctio placet; Porro acto sine causa legitima juramentum calumniæ recusans, in pœnam contumaciæ, actione suâ cadit, & reus pro confessio habetur cap. fin: b. t. L. 2. §. quod act: C. eod modo ante Judicis sententiā declaratoriam contumaciam non purget prestatione juramenti. L. eos qui in princ. ff. de jure fissi: Gail. 1. obs: 86. & modò ab actore conveniatur reus.

reus actione civili: quia in criminalibus ex solâ contumaciâ, accusatus non habetur pro confessio. L. Divus: vers. sic & Divus Pius ff. de cust. & exhib: reo Barth: in L. absentem. n. 3. ff de pœnis. Sic etiam in spiritualibus causis & beneficialib' dicta pœna locum non habet: veluti cùm agitur de decimis: ne inde detur vitiosus ad talia ingressus. In Procuratore an locum habeat, meritò dubitatur, eò quod perinde ac ipse Dominus extrahendo processum, vel injustam causam scienter defendendo calamniari possit. Et licet benignior sit sententia non habere, tamen de rigore juris locum habere existimat. Gail: lib. 1. obs: 8.

TITULUS VIII.

DE DILATIONIBVS.

C A S U S.

IN Concilio Nicæno cùm Episcopi nō pauci loco sententiæ indignas finitimorum Episcoporum criminationes deferrent, & a Constantino Magno cauñas cognosci postularent, Imperator Libellis in sinum absq;

absq; ulla lectione conjectis, inquit: Deus vos Sacerdotes constituit, & potestate affecit iudicandi de nobis, ideoque nos recte judicamur a vobis; vos autem nefas est ab hominibus iudicari. Quare Dei solius inter vos iudicium expectate, & vestra iuria ad illud examen d. vinum reser-
vate. Ego enim si Episcopum delin-
quentem viderem, non solum a ju-
dicando abstinere, sed veste etiam
mea contegereim, quoad possem.
*Sig. lib. 13. Imp: occ. Quæritur, an Dilatio-
nem iudicialem jure potuissent exi-
gere dicti Episcopi? Consule num: 1.*

Sacramento calumniæ utrinq; posito,
litigatores petere solent inducias & di-
lationes, actor quidem ad suam intentio-
nem probandam: reus vero ad respon-
dendum petitioni actoris, & exceptio-
nem si quam habet probandam. Est dila-
tio in genere *ex communi DD. justum tem-
poris.*

poris intervallum, quod ad aliquem actum judicialem comodiūs peragendum, actori aut reo, à lege, vel à judice, vel ex conventione partium conceditur: proinde aut legalis, aut judicialis, aut conventionalis. Dilationum judicialium sive citatoriæ, aliæ probatoriæ, aliæ executoriæ. Citatoriæ dantur reo ad comprehendendum in judicio; qui si vocatus primo non compareat, secundò, & tertio vocandus est, justo tamen temporis intervallo minimum 10. dierum, inter singulas citationes: quamquam sint qui existimant, 10. dies inter singulas citationes aetas esse ad 30. juxta *Authentic*: qui semel et quomodo & quando *Iudex*. Sed hodiè quoad intervallum 30. dierum, utimur style cuiusque curiæ: & spectato iure Canonico dilationes omnes sunt arbitrariæ, non quia *Judex* eas denegare possit (nam illas denegaret appellatione locus esset) sed quia, ut dictum est, eas pro varietate circumstantiarum, terminos earum prorogando, inoderari potest, cap. cum sit Romanæ de appell: *Dixi* secundò, & tertio vocandus est. nisi *Judex* una citatione peremptoria

ptoriâ pro tribus uti malit, prout illi integrum est. per cap: cum ex literis. de restitut in integr: cap. cum dilecti. & cap. ult. de dolo. L. 2.
 L. contumacia ff. de re jud: Panorm: incit. cap.
 i. & ult: & ibid: Gl: h. t. **E T M I T A** quando
 citatio fit ad eum duntaxat finem, ut indu-
 catur contumacia judicialis. *ut in cap: ult.*
h. t. nam sec° est in causis quibusdam gra-
vioribus, ad privationem alicuius benefi-
cii vel officii tendentibus: nam in huius-
modi non sufficit una pro tribus citatio,
sed distinctis edictis opus erit, si de jure
trina citatio exigatur. Panor. & Joan. An-
dr: in cap. ex tua. de Clericis non resid:

2. Probatoria dilatio est, quæ lite con-
 testata & juramento calumniæ praestito,
 actori ad suam intentionem, & reo ad ex-
 ceptionem suam probandam conceditur.
cap. i. h. t. Et hæc omnis etiam prima, in cau-
sis civilibus est regulariter peremptoria,
etiam si non adjiciatur hæc vox peremptoriæ
L. Titia scis. §. i ff de leg: Marant: p. 6. h. t. Un-
de nō nisi semel dari potest in singulis ju-
dicii actibus, singulisq; negotiis emergen-
tibus. L. fin: in princ. ff. de ferijs. L. orat: eod. ta-
metsi autem dilationes omnes, ut supra
 dictum,

dictum, iudici arbitriæ sint, etiam legales (quæ à lege, statuto, stylo curiæ, aut consuetudine conceduntur absque ministerio Judicis vel litigantium L. 1. & ff. de re jud.) teste Geil. 1. obs: 89. n. 13 tamen semper æqualitas inter actorem & reum servari debet, ut quantum temporis actori datur, tantundem concedatur reo, si petat, cum eius partes sint favorabiliores. L. favorabiliores ff. de reg: Iuris: cap. non licet: cod. tit. in 6. & in iudiciis æqualitas servanda sit. cap: 1. de sent: & re jud: in 6. cap: novit § ceterum de jud: cùm etiam judicium claudicare non debeat. cap: cum inter. Gl. de except: ut proinde dilatio probatoria, quæ datur in iudicio semper communis sit, ut si detur uni parti, proficit etiam alteri. L. pretendæ: c. de temp: in integ. restit. in capitalibus tamen controversiis, reo tres dilationes, accusatori duæ, etiam causâ non cognitâ, dari possunt. L. fin: in fin: ff. deferri: quia in iis causis majus vertitur præjudicium litigatorum. Excipe causam criminalem adulterii, in quâ nulla dilatio danda est, nisi ut personæ exhibeantur, aut Judex negotii qualitate motus, eam call- sâ cog-

sâ cognitâ concesserit. L. in crimine ff. de adulterijs. Cæterum cùm omnis dilatio probatoria sit peremptoria, ut dictu est, Dvbitabis, an infra terminum datum ad probandum debeat probatio absolvi, an verò facta, postquam dilatio probatoria expiravit, valeat? Responsio, pendet ex forma concessionis, dilationis, eâq; de re, vide Pelsium in processu judiciar. h.t. 31. n. 65. & seq.

3. Executoriæ dilationes sunt, quæ dantur condemnato ad satisfaciendum, & sunt 4. Mensium. cap: quærenti. de offic: deleg. L. 2. & 3. C. de usuris, rei judic. L. si debitori ff. de jud: Hæ dilationes non habent locum in realibus, neq; in criminalibus, nam in his executio non differtur, nisi certis casibus notatis per Host: in sum: tit: de offic: deleg. §. quæ jurisd. vers: quamvis. Veluti cùm Princeps jubet aliquem acri' puniri: cùm mulier prægnans damnatur ad mortem: cùm damnatur servus ratiociniis obligatus: cùm relegato assignanda est insula. ADVNT his DD. aliam speciem dilationum quas vocant deliberatorias, quæ dantur, reo, ut viso libello actoris secum delibere possit, an litigare velit, vel non. Et ideo,

ideo, si reus per literas citatorias plen
instrui possit, veluti si libellus fuerit cita
tioni insertus, non conceditur ei dilatio
ad deliberandum *cap: 2. h.t.* Dantur ve
de jure Novellarum 20. dies à die porro
et i reo libelli actoris. *Authen: offeratur.*
de litis con. & aliquando plures pro distan
tia locorum *cap. ult. h.t. cap. dilect. de procur.*
Quinimò, etiam iis exactis, pro varietate
eorum, quæ utrinque intra judicii præpa
ratoria agitanda occurunt; variisq; aliis
dilationibus locus esse potest: ut si reus
velit Judicem, ut suspectum recusare,
probare esse talem: *L. amplissimi C. de ju*
vel impugnare rescriptum, cuius vi adiu
competentem Judicem citatus est, *l. 2. C. h*
t. vel si velit actorem suum laudare. *L. 2. C.*
ubi in rem actio, vel demonstrationem re
petitæ sibi fieri. *L. de pupillo. §. i. ff denov. opti*
ris denunt. vel quid aliud simile: nam dila
tio ad unumquemq; actū judicialem de
bitè peragendum, & ne quid præproper
fiat, dari potest maior vel minor pro arb
trio Judicis: in quo spectanda cuiusq; con
suetudo. *Dixi* deliberatorias dari reo
quia non actori dari debent, cùm actor
instru

instructus venire debeat. L. 2. C. h.t. L. qui
 in alterius ff. de reg: jur. nunquam enim da-
 tur dilatio ad id, quod quis instructus esse
 debet. cap. literæ. h.t. L. si quando C. h.t. cap. li-
 teræ. de præsumpt. Controversum est: an, &
 quæ dilationes prorogari possint? Respō-
 det Gail: r. obs: 11. primam dilationem pro-
 batoriam progredi non posse: quia super-
 sit secunda & tertia, & quia dilationes sint
 amputandæ. L. 2. C. de temp: appell. imò si
 in prima probatione multi testes produ-
 cti, & examinati fuerint, non esse dan-
 dare, &
 secundam & tertiam, docet Gl: in cap:
 C. de ju-
 vi adiu-
 , l. 2. C. h.
 e. L. 2. C.
 nem re-
 nov. op.
 am dila-
 lem de-
 proper-
 ro arbi-
 sq; con-
 lari rec-
 m acto-
 instru-
 in prima probatione multi testes produc-
 ti, & examinati fuerint, non esse dan-
 dare, &
 secundam & tertiam, docet Gl: in cap:
 C. de ju-
 vi adiu-
 , l. 2. C. h.
 e. L. 2. C.
 nem re-
 nov. op.
 am dila-
 lem de-
 proper-
 ro arbi-
 sq; con-
 lari rec-
 m acto-
 instru-
 in prima probatione multi testes produc-
 ti, & examinati fuerint, non esse dan-
 dare, &
 secundam & tertiam, docet Gl: in cap:
 C. de ju-
 vi adiu-
 , l. 2. C. h.
 e. L. 2. C.
 nem re-
 nov. op.
 am dila-
 lem de-
 proper-
 ro arbi-
 sq; con-
 lari rec-
 m acto-
 instru-

ideò

Et ideo lapsus termino, non prorogati sed novus terminus seu nova dilatio potesta est, eaque ex causa duntaxat concedenda: dicitur autem nova dilatio cuncto priori termino alia datur. Non debet autem prorogatio maior esse dilatione v. g. dilatio ad mensem, & prorogatio ad duos menses; quia surrogatum sortit debet naturam eius, cui surrogatur. V. Menoch: lib: 2. casu 52. Tempora porro dilationum non interrupta sint oportet sed continua: Gl: in L. 2. ff. de diversis temporalibus: prescript: ita ut comprehendantur dies tam feriati & solemnies, quam non feriati, adeo ut ne repentinis feriis interpolentur: nisi quod his supervenientibus, beneficio restitutionis, iis subducantur alii totidem dies surrogantur. L. sed etiam feriae ff. ex quibus causis maiores. De effectibus dilationum, si inquiras. Dico dilationem excusare a pena ac mora, eaque durante Judicis officium acquiescere, nihilque super articulo, super quo data est dilatio, validè innovari aut agi posse. cap. & cap. præterea h. t. L. 3. C. eod: Calvol: impr. xi. §. dilatio conclus: 6. n. 2. Secus dicendum

Si super alio articulo data fuerit dilatio:
neq; enim conquiescit Judicis officium
dilatione pendente: sicut nec finitâ causâ
dilationis, quia eâ finitâ immediate finitur
dilatio: ut si fuerit alicui data dilatio
dierum ad comparendum, & citat^o com-
paruerit statim primâ die, illa dilatio per-
empta est, & nullatenus conquiescit Judi-
cis officium. *Calvol. loco cit. n. 3. & 4.* Alter
dilationis effectus est, quod ubi terminus
eius advenit, regulariter vim habeat sen-
tentiæ interlocutoriæ. *L. qualem ff. de rece-
ptis arbit. & perimat actum, qui in assigna-
to dilationis termino fieri debuit:* ita ut
pars postea comparens amplius super eâ-
dem re, nisi ex gravi causa audiri non de-
beat. *L. i. & ult. ff. deferijs.* Quâ formâ ve-
rò dilationes conferantur. *Vide Tholos: lib.
48. cap. 8. n. 17. & seq.*

TITULUS. IX.

DE FERIIS.

C A S U S.

PRætoris taurus cornupeta in pau-
perculi cuiusdam Rustici pascua

H trans-

transiliens, eius vaccam occidit. Super hoc Rusticus Prætorem accidens, meus, inquit, Taur² tuam conib²bus vaccam impetiit & occidit quid juris? Prætor incunctanter, quod aliud, inquit, quam ut vaccæ damnum tauri nomine mihi præstes; vautaurum, si mavis, noxæ dedas? Inquit, Rusticus, ignoscet impunitæ meæ, lingua lapsus præpostere causam proposui: nam tuus taurus me am interfecit vaccam. Tum Prætor impudens, isthæc, inquit, alia est. Cognatus lib. i. Narrat. Quæritur, si ea delatio die festo accidisset, Prætor dictam contra semetipsum per nulla ducere sententiam ratione sacræ potuerit? Resol. petitur ex num. I.

Post titulum de dilationibus, subdimittit titulum de fériis, quia largo modo dilationes vocari possunt, & quia dies iudiciorum atq; tempora putanda: quæque de-

dēputatio bimembris est: aut enim quærimus, quibus diebus iudicio experiri licet, aut intra quæ tempora iudicia peragenda sint. Differunt feriæ à dilationibus, quod intra dilationum tempora ea peragi possint, imò debeant, ad quæ peragenda dilationes conceduntur: tempore vero feriarum nullus contentiosæ jurisditionis actus regulariter exerceri queat. Nam Feriæ hic generatim dicuntur dies seu tempora, quibus forensis strepitus & contētiosæ jurisditionis exercitium planè conquiescere jubetur, ut constat ex L. 5. ff. h. t. & ideo olim dictæ sunt justitiū, quod justum staret nec progrederetur. Gellius lib. 20. cap: 1. quia non licebat lege agere, & Prætor tria illa verba, *Do*, *Dico*, *Addico*, efficaciter effari non poterat. Varro 5. de lingua lat. Feriæ autem vel soleñes sunt seu ordinariæ, vel repentinæ seu extraordina-riæ. Solennes sunt, quæ legibus ita definiuntur, ut quotannis in orbem recurrent, undē & statæ & anniversariæ nuncupantur: suntque vel Divinæ vel humanæ: Divinæ, quæ Divini cultus gratia consti- tuuntur, cuiusmodi sunt dies Festi & alii

quidam, de quibus cap. 1. & ult. b. t. L. 2.
6. 7. 8. C. eod. Humanæ sunt, quæ ob ne-
cessitates & utilitates humanas juxta cu-
iusvis Regionis consuetudinem conce-
duntur, cuiusmodi sunt dies messium
tempora pestis, belli, à die circiter octau-
Calendarum Julli usque ad Calendas Au-
gusti: vendemiarum, à die 10. Calendas
Septemb: usq; ad Idus Octobris L. 2. &
de fer. L. 1. ff. eodem) & nundinarum
L. un. C. denund. & mercat. Repentina
riæ sunt, quæ extra ordinem, ob res domi-
militiævè prosperè gestas, vel ob luctu
publicum, aut communem lætitiam
dicuntur, quales fuerunt, quas ob bellum
cum Carthaginensib^o feliciter actum in-
dixit Scipio apud Livium lib. 38. ob na-
vitatem filii Imperatoris, Regis, & alteri
Principis, ad quod alludit Martialis.
talem colimus filete leges.

2. Inter divinas & humanas hoc inter-
est: humanis, tametsi regulariter ius di-
non possit, potest tamen de consensu lit-
gantium, quia favoribus in gratiam pri-
vatorum principaliter constitutis renu-

ciari potest. L. ult. C. depact. Divinis, nec
 si litigantes consentiant jus dici potest:
 quandoquidem pactis privatorum dero-
 garipublico juri & cultui divino nequit.
 cap. si diligenti de foro comp. L. jus publicum ff.
 depact: An repentinis inter consentientes
 jus dici potest? Existimo repentinis hac
 parte divinis comparandas esse, ut nec in-
 ter consentientes iudicium reddi possit:
 ob eandem ferè rationem. Bald. in L. 1. C.
 Eo tamen casu pro consentientibus jus
 dicitur, an testes quoq; invici judicio ad-
 desse cogantur ad dicēdum testimonium?
 VERIUS est non cogi, quia nullo jure ef-
 ficaciter probari potest. arg: L. si unus. 27.
 § ante omnia ff. depact: Accurs: in L. 7. in fine
 C. de fer: Bald: in ead: L. 7. PORRO Jurisdi-
 ctio voluntaria etiam divinis feriis exer-
 ciper potest, modo eius actus ad opera ser-
 vilia aut forensia non ferantur: & aliunde
 prohibiti non sunt: ut propterea opera
 liberalia, quibus animus excolitur, v. g. le-
 gere, docere, scribere, & similia, speciali
 prohibitione juris seclusa exerceri vale-
 ant, ut passim DD. At verò prohibitentur
 mercat^o, placitum, iudicium, ad mortem,

aut pœnam, juramenti Præstatio, quia licet per se servilia non sint, nimiam tamen distractionem adferunt secularem, cultumq; diuinum ab Ecclesia intentum notabiliter impediunt cap. i. b.t. Neque enim Mercatus, cuius nomine veniunt solennes contract' emptionum, venditionum &c idemq; est de nundinis publicis (ubi consuetudine non honestantur:) sine magna animorum sacræq; quietis violatione tractari possunt: id quod maximè quando placitum procedit, cuius nomine in jure Canonico tota causa judicialis & forensis tractatio quibusdam significari videtur. Can: i. 15. quæst: 4. ita ut prohiberi die festo placitum idem est, quod prohiberi strepitum judiciale, non tantum quod ad causas criminales, sed etiam quoad viles, quia placitum significare solet, decreturn spectans non minus ad gubernationem civilem, quam ad prohibitionem & ideo cit: Can: sub nomine cause judicialis, prohibentur etiam diebus festi juramenta cap. i. de fer: ubi Alex: refer prohiberi etiam extra judicialia. Sed C: jet: in 2. 2. qu: 122. n. 4. cuius sententia pro

probabilem existimo cum Laym. libr: 4.
 tr. 7 cap. 2. num: 8. putat prohiberi duntaxat
 Judicialia, quæ solenniter præstantur corā
 Judice: nam de tali materia textus agit,
 & alioqui omne juramentum privatum,
 ex eo solum, quod in festo fiat, esset spe-
 ciale peccatum. Igitur 1. secluso scanda-
 lo non peccabunt Notarii, celebrantes
 contractus diebus festivis maxime rusti-
 corum, qui in diebus profestis absunt à
 Civitate, eos enim excusat Rodrigu: tom:
 1. cap. 122. num: 13. ratione necessitatis: ob
 quam in parvis Oppidis, ait Sua: *de Relig:*
tom: 1. libr. 2. cap. 30. n: 17. in parvis Oppi-
 dis permitti judicia litigantium diebus fe-
 stivis. Vide Dianam. p. 2. tr. 15. res. 34. & p.
 4. tr. 4. res. 62. §. nota etiam. 2. non pecca-
 bunt saltem mortaliter Comissarii, Nota-
 ri, aliquæ Officiales, transmittentes acta
 Curia, DD. allegationes, quia scribere &
 transcribere non est opus servile, cum sit
 actio quodammodo mentalis & spiritua-
 lis, etiamsi non fiat addiscendi gratia, sed
 sine proprio profectu, & ex mercede,
 nam hoc est per accidens, & non est servi-
 le, ut docet Sua: *de relig: to: 1. libr. 2. cap. 25.*

num: 14. quem refert Diana. p. 2. tr. 15. n.
 25. qui similiter docet licere diebus festis
 computus & rationes inire cum operari-
 is; illisq; mercedem solvere, quia voca
 aut recognitio scripturarum opus servile
 non censetur; numeratio vero pecunie
 ex mercede praebendae est parva quanti-
 tas; Diana, p. 5. tr. 13. res: 38. Sed & addit
 praedictis Interpretis, posse Arbitratio-
 rem Sententiam dicere. Azo. in L. 8. ap-
 ne C. defer: Bald: in L. ult. C. posse Notar-
 um conscribere instrumentum. Maran-
 p. 4. dist: 16. n. 68. posse pignora capi, mi-
 sionem fieri in possessionem. Panor: i
 cap: fin: de jud: n. 22. posse denique fieri
 mne, quod pratermissum noceret. Dun
 ad tit: ff de ferijs cap 1. Verum haec doc-
 na non satis tuta videtur. Covarruvia
 var: res: 16. neq; ex parvitate materiae, in
 ius actus forenses & judiciales excusare
 posse, si diebus festis fiant; monet Diana
 p. 5. tr. 5. res: 6. quia ait non debere parvi-
 tam materię desumi, ex quantitate tem-
 poris insumpti, sed ex operis qualitate
 unde venditio rei magni momenti cu-
 magna solennitate celebrata, etiam p

parvissimum tempus, mortalis noxæ re-
um constituit, quod à fortiori procedit
de actibus judicij: secus, si res vendita non
esset magni momenti, ut vendere calceos
Palaus t. 1. tr. 9. dis. 2. pun. 3. num. 4 res. 6.
cit. §: non desinam.

3. Sed cum strepitus judicialis consi-
stat in inchoatione causæ, quæ à citatione
remotè saltem incipit, formatione pro-
cessus & causæ cognitione, ac deniq; in
prolatione sententiæ : circa inchoatio-
nem *Dubitatio* est, an citatio die festo vel
ad diem festum fieri possit? **N**on pœni-
tet distinctionis ab Oldrado traditæ, ut si
die sacro facta sit, non valeat, sin die feria-
to alio, valeat *arg:* L. 3. & *ult:* C. de fer: Bald:
mat L. sed *communior sententia* est: Citatio-
nem decerni posse die feriatâ etiam sa-
crâ, ad diem non feriatam, quia citatio
non est judicialis, & sic cessat ratio. *cap: 1.*
& *ult: h. t.* ob eandem rationem executio
citationis die feriata fieri potest, quia est
facti, nec fit per Judicem, sed per nunti-
um vel Notarium, vel per litteras, nul-
lamq; causæ cognitionem exigit. *text in*
cap: prudentiam cap: cum contingat de offic: de-

leg: Gail: obs: 53. Ad secundum Dico citationem factam ad diem feriatam de juri
 Civili ex mente Interpretum esse nullam
 per L. 2. ff. si quis in jus voc: non ier. & L. fin:
 C. b. t. Jure vero Canonic valet; qui
 proceditur die sequenti non feriata.
 cū dilecti de dolo & contum. Gail: cit: nu: quo
 maxime verum est in iis causis, quæ dicti
 bus feriatis expediri possunt, ut sunt causas
 alimentorum, carceratorum, pupillorum,
 viduarum, miserabilium personarum, &
 quæ moram non patiuntur, publicam
 utilitatem aut privatam necessitatem re
 spiciunt, valet enim citatio ad diem feria
 tam cap. 4. & ult: hoc tit: & ratio est, qui
 ubi periculum in mora est, à regulis ju
 ris communis receditur L. de pupillo §.
 quis rivos. ff de novi op: nunt: quodque leg:
 licitum non est, necessitas licitum facit
 cap: quod non est, de reg. jur: in 6. quoad proce
 sum seu progressum litis etiam contro
 vertitur, an testes in die festo examinari
 possint, & examinatio valorem habeat.
 Affirmant Canonistæ complures, modo
 juramentum (quod in omni causa tam
 spirituali quam temporali prohibetur exigi
 in die

in die festo) præcesserit die profesto, verba enim textus in *i. cap: h. tit.* generalia sunt, & solum duplex exceptio ibi ponitur, quæ non minus locum habet in temporalibus quam in spiritualibus: & ipsa examinatio quasi retrotrahitur ad diem juramenti præstiti. Sed negat *Suar: lib: 2. cap: 3.* docens non solū prolationem Sententiae judicialis esse prohibitam & nullam die festo, sed etiam eius executionē, per *L. ut in die & L. ult: C. h. t.* in qua *L. ult:* expresse dicitur, *ut à cunctis executionibus cessetur, nulla quenquam urgeat admonitio, taceat apparitio præconis horrida vox filescat*, ut meritò sub strepitu judicii citatio comprehendì *N o b i s* videatur. Appellatiōnem verò esse permīssam die festo tradit *Gl. & Panor: in cit: cap: ult: & recte*, quia species defensionis est jure naturali licita, & sine magno strepitu fieripotest. *Panor: q* præterea docet non posse coram vero Arbitro die festo judicium agitari, ut expressè habetur *L. omnes dies. C. eodem.* quia ille procedit judiciali modo ad instar judicis, posse tamen coram arbitratore, cum sit amicabilis compositor & conciliator pacis

pacis, ac fœdera & similia pacta non sint in die festo prohibita. *Peti* præterea potest an in feriis observandis attendendus sit locus rei, an *Judicis*, an actoris, dum contingit ferias esse in uno loco, & non in alio. Dico excommuni DD. quod attendi debeat locus *Judicis*, quia ubi agitur de ordinatione *judicij*, attenditur consuetudo fori aut loci, in quo exercetur, non autem consuetudo loci litigantium & alias fieri posset, quod reus vel Actor haberet duplicas ferias, nempe regionis suæ, & loci *Judicis* Panor: *in cap. ult: n. 2.*
Et hæc de feriis: & i. p. q. initio tituli. com. i. De tempore intra quod judicia perpenda sint: dicemus cap: 4, ubi de terminacione ordinis *judicarii*.

TITVLUS X.

DE PROBATIONIBVS IN Genere.

C A S V S.

BAlduinus septimus Comes Flan-
driæ, Petrum virum nobilem, &
Orscampi Toparcham, ob duosbo-
ves pau-

ves pauperculæ. Viduæ reclamanti abductos, re ad eum delata subitò arripit, jubet & atroci morte puniri. Forte lebes aquæ ferventis in medio Brugensi foro erat, monetario puniendo destinatus in hunc sine mora hominè conjici jubet, sic prout erat, ocreatum, vestitum, gladio accinctum. *Lips. monit. & Exempl. polit. lib: 2. c. 9.*
 Quæritur, an Petrus ille judicalem probationem jure potuisset exigere? *Resol. quare num. 4..*

Causa inquit Isid. *cap. forus de verb: signif.*
 Aut argumentis aut probatione constat, argumentum investigatione sola, si-
 ne testibus aut tabulis invenit veritatem.
 Probatio vero utrumq; habet. Cum ergo
 negatio fidem litis dubiam efficiat, ad pro-
 bationes decurri debet, quib' rei in con-
 troversiam adductæ fides adstruatur. Est
 autem probatio intentionis suæ legitima
 fides, quam facit actor judici, vel reus, vel
 uterq;. *Cuius: paratit. de probat: Clarius; rei
 dubia;*

dubiæ apud judicem controversiæ de fa-
 cto aliquo per legitimos modos factæ o-
 stensio. L. 50. ff. h. t. & patet explicacione:
 quia probatio fit ad instruendum judicem,
 non adversarium cap. ex literis. h. t. fit defa-
 cto aliquo, quia quæ juris sunt probari nō
 debent, quandoquidem judici nota sunt
 vel esse debeant: nisi ipsum jus negetur,
 L. 5. ff. h. t. fit de re dubia: quia notoria
 non probari, sed allegari debent. jura
 DD. in rubr. h. t. L. 11. §. emptorem: ff. de
 empt: Can: manifesta & Can: de manifesta.
 q. i. & allegatio notorii, probatio proba-
 ta dici solet. Eam nonnulli secundum A-
 ristot: dividunt; in artificialem, & in arti-
 ficialem: illam dicunt, quæ ex ipsa causa
 argumentis, & indiciis trahitur: hanc
 quæ extra causam accipitur, vel à legi-
 bus, vel à testibus, vel tabulis aut instru-
 mentis, confessione, juramento, &c. ut
 tradunt DD. in L. admonendi ff. de jure. Alii
 Juris interpretes spectantes in primis
 vim & effectum, quem probatio habet
 in judiciis, eam dividunt in plenam & se-
 miplenam. Plena dicitur, quæ plenam si-
 dem Judici facit de re, de qua agitur: ita

ut se-

ut secundum eam plenè instructus sententiam ferre & controversiam definire possit, nullo alio requisito, ideoq; qui taliter probavit, amplius compelli non potest super ita probato ad juramentum, *cap. 2. h.t.* Porrò huiusmodi efficitur probatio, per duos testes omni exceptione maiores, id est, quorum fides nulla ex causa legitima elevari possit, & qui communī hominum opinione reputentur boni viri *cap. 2. & 3. h.t.* *L. ubi numerus. ff. de testibus.* quibusdam tamen in casibus ad faciendam plenam fidem major testium numerus exigitur, ut de jure civili ad testamentum 7. ad codicillos & donationem mortis causa & quamlibet ultimam voluntatem à testamento distinctam 5. & sic de aliis. de jure Canonico, contra Episcopum 72. contra Presbyterum 64. Diaconum 27. Subdiaconum & inferiores 7. contra Clericum 3. nullā notati infamiā, *Can: Præsul: & can: placuit. 2. q. 4.* Interdum plena probatio efficitur per instrumentum publicum *L. fin. C. de probat.* imò etiam per privatum factum ab aliquo contra se *L. cum de indebito. in fine. ff. de probationibus. L. publica.*

blica. ff. depositi modò cōfiteatur se fecisse
vel si probetur per delationem juramenti
L. 1. & 2. ff. de jurejur: Insuper illa, quæ si
per confessionem partis in jure, id est, in
loco judicii, seu ubi jus dicitur. L. 1. ff.
confessis (quanquam confessio non tam si
probatio, quām relevamen ab onere pro-
bationis. DD. in cap. 1. in sup: eod:) vel per
juramentum, quod ab altero litigorum
alteri defertur. L. 1. & 2. ff. de iurejur:
quanquam etiam juramentum, potius re-
levet ab onere probandi, quām probet.
Semiplena probatio, quæ etiam imperf-
cta dici potest, est quæ judici facit quide-
aliquam, non tamen plenam fidem, id est
non tantam, ut ex ea jure moveri posat
ad ferendam pro hac vel illa parte senten-
tiam: sed opinionem tantum ingerit. Ta-
lis est, quæ sit per unum testem omnier-
ceptione maiorem. L. jurejur: C. de tel-
bus. Secundò talis est in causis civilibus,
quæ ex fama constanti producitur, unius
tamen testis de veritate deponentis testi-
monio confirmata. Gl. & DD. in cap: veni-
ens. de test: alias fama inconstans non pro-
bat, sed tantum conjecturam facit, sap-
enim

ecisse
men-
quæ si
est, in
1. f d
tam
e pro-
velpe
torum
jurid
iusti-
robet
ipse-
uidet
, id ch
i positi-
enten-
rit. Ta-
nni ex-
de te-
zilibus,
, unius
is testi-
p: veni-
on pro-
, saep-
enim

enim fallax est rumor. *L. ult: ff: de hæred: In-*
sit. Tertiò, quæ ex comparatione litera-
rum, nam talis comparatio, firmam pro-
bationem non facit, eo quod scriptura
ætatis, valetudinis, calami, atramenti, vel
chartæ vitio mutetur, nec eandem sem-
per similitudinem retineat: ex quo patet
probationum semiplenarum quasdam
esse maiores, quasdam minores: nam pro-
ratio, quæ fit per unum testimoniū ex-
ceptione maiorem, & per aliqua indicia,
quæ tamen ad plenam fidem faciendam
non sufficiunt maior est, quam quæ fit
per unicum testimoniū tantum.

2: Regulariter actor probare debet
 petitionem suam, atq; omne id, per quod
 libellum suum sustinet ac defendit: & vi-
 cissim reus exceptionem suam. *cap. 1. 2. cap.*
ad nostram 12. b. t. Ratio, quoad reum est,
 quia reus excipiendo actor fit. *L. i. ff. de ex-*
cept: unde agendo, ipso facto onus in se
probandi suscipit. L. fi. C. b. t. Idq; verum
 est non tantum, quando excipiendo ali-
 quid affirmat, sed etiam quando excipi-
 endo negat. Barth: Panor: Gail: *libr. 1. de*
pace publ. cap. 18. n. 14. nisi forte & exceptio
 ipsa

ipsa merè negativa sit, veluti non numeratæ pecuniæ. L. 10. C. de non num: pec. Né que obstat, quod dicitur negantis factum per rerum naturam, nullam esse probationem. L. alter. C h. t. eo quod non entis, ut dicitur, nullæ sint qualitates. L. qui ff. si certum petatur: id tantum obtinet in negativa absoluta & simplici, quæ sine determinatione & restrictione loci, temporis, aut alterius circumstantiæ propinatur, talis enim negativa nec directè nec indirectè probari potest, ut benè D.D. in cap. Ecclesia. 3. de causa possessor. veritatem huius exemplo illustrantes; ut si quis v.g. neget simpliciter se citatum fuisse, si dicat nunquam se contraxisse. can: accusat 6. q. 5. Non autem obtinet, quādo quis in negativa se fundans, vel eam allegans, simul tacitè vel expressè aliquid asserit, tunc enim eam probare debet, ut docetur communia ff. de verb. oblig: v. g. negas contractum esse validum, tanquam à minore celebratum, tenēris aetatem insufficientem probare: pari ratione negas institutionem aut electionem alicuius Prælati esse legitimam, ob vitium vel defectum, gravaris onere pro-

probandi: similiter si reus conventus de indebito sibi soluto, neget se quidquā accepisse indebitum, actore probante solutionem, reo certè incumbit probatio, quod pecuniam sibi debitam acceperit. *L. cum de indebito & ibi Gl: DD.* *S E D* & aliis casibus negativa probanda est. 1. quando negativa est prægnans, ratione implicitæ affirmativæ, ut ego non sponte renunciavi, quasi dicas coactus renunciavi. *cap. super hoc de renunt.* *cap. cum dilectus.* *de successor: ab intest:* vel nego Titium mortuum; nam ponis aliquid affirmativum, puta Titium vivere. *L. actor. 15. C. h. t.* Secundò, quando negativa juris est, probari debet à negante, ut si neges electionem, emancipationem rectè factam. *L. ab ea parte ff. h. t. L. si scriptū.* *C. eod:* 3. negativa qualitatis probanda est à negante, ut supra insinuavimus; ut, tu non es solvendo, tu non es legitimus. *cap. dudum de presump:* *L. cum pater.* *§. rogo. ff. de leg:* 4. quando spontè quis negativæ probationem in se susceperit. *L. circa ff. h. t.* quo tamen casu si in probatione defuerit, nihilominus reus absolvendus venit, actore non probante. *Barthol: in cit.* *L. 5.*

Deni-

Deniq; in duplicitibus uterq;; id est, actor
 & reus probare debet §. *duplicia*. *Instit.* *interdict*: v. g. in iudiciis finium regundo-
 rum: uterque contendit se fines tantum
 suos occupare; ita in interdicto possesso-
 nis uterq; contendit se possidere: itaq;
 his iudiciis obtinebit; qui probabit suam
 intentionem altero non probante. *ap-*
licet causam. h.t. An si actor laboret in pro-
 batione suæ intentionis, reus compellit
 possit ad exhibenda instrumenta propria-
 si fortè ex illis actor putet se posse proba-
 tionem suam elicere? Negam' cum Pon-
 tio in *cap. i. h.t.* quia ut dicitur in *L. nimis gra-*
ve C. de Testib. actor adferre debet proba-
 tiones suæ intentionis, non autem eas ad
 adversario petere, qui actore non pro-
 bante absolvendus est, licet ex parte sui
 nihil præstiterit. *L. qui accusare. C. de eden-*
do. Dixi *propria*, quia aliud dicendum, si
 sint communia actori, & reo; veluti si sit
 testamentum, quo utrique aliquid lega-
 tum sit, vel aliter relictum: aut instru-
 mentum contra ceterus utrumq; concernens,
 vel sint instrumenta publica: tunc enim
 si ea reus habeat, cogi potest ad exhiben-
 da. *L. is apud quem. C. de edendo.*

3. An probato plenè delicto, probatio
contraria rei non acquiescentis admitti
debeat? Distinguendum, si talem negati-
vam probare velit per juramentum pro-
prium aut aliorum jurantium solum de
credulitate, audiri non debet reus, per
cap. quoties. §. *porrò de purg: canon.* quod si
vero velit talem negativam probare indi-
rectè per testes de veritate deponétis, au-
diendum esse docet *Abb: in cap. ad nostram*
12. ht. ut si quis probet aliquem tali die
stipulanti promisisse, potest negativam
obliquè probare, probando se eâ die in a-
lio loco fuisse, v. g. *non fui Kalendis Romæ.*
ergo non promisi stipulanti. L. 14. C. *de*
contra stipul: DIFFICULTAS consequi-
tur doctrinam præsentem: num quando
testis super negativa accipitur, & scientiæ
sue causam per sensum corporis non red-
diderit, sed præsumptivam tantum, v. gr.
dicendo: *scio, quia sum vicinus aut consanguineus*
propriè & verè probasse videatur? Propriam esse huiusmodi testis probatio-
nem fatentur, qui præsumptionem pro-
priè probationem esse affirmant: qui ta-
men fatentur eo modo factam, non esse

non

veram, adeoque ad probandum valent non etiam ad reprobandum: id est, non posse ex eiusmodi probatione, alias testimoniis instrumentorum versus probationes infringi aut reprobari. Bald: *in L. Presbyta in fin. C. de Ep. & Cler.* non enim pugnat hæc duo inter se, ut aliquid sit propriètale, nec tamen verè tale: quia (inquit) præsumptio de re dubia est, quæque a sua sponte natura aut ex facti contingendo probari aliter non potest: ut proinde eam causam nec verum dici possit, quod præsumptum. Probant ex *capit. is quidem. cap. veniens. cap. tua de sponsal.* quibus habetur matrimonium præsumptivè contractum ex sponsalibus de futuro, secunda copula carnali, propriè matrimonium dicunt, eamque vim habere, quam verum matrimonium haberet, nec tamen verè matrimonium esse, quasi non intercedente verborum formâ, de quâ in *cap. si inter. cap. tua de spons.* hinc neminem in foro nimæ huius conjugii vinculo necessario constringi, si non animo consentiendi contrahendivè mulierem cognoverit. *at cap. tua.* ALI verò censet id, quod pro-

pri

priè tale est, verè etiam tale esse, adeo quæ depositionem testis huius verè & propriè probationem esse, argumento deducto ex L. si. aliquam rem. v. quasi non meam. ff. de acq. poss: ubi scribitur, eum scilicet, q̄ rem suam propriam sciens & volens conduxerit, ei donasse videri, à quo cōduxerit: quæ runt, enim an præsumptus iste donationis titulus ver⁹ videatur? & respondent quòd sic. Cui tamen objiciunt contrariae sententiæ Auth. eaten⁹ verum censeri posse, quatenus fictus non est: non posse tamen, quatenus præsumptus est. Verùm hinc nemo non colligit ignorantiam, quę controversiæ huic causam dedit. *Nos sic dicimus.* duplicem esse veritatis significacionem: aliquando enim præsumptioni opponitur, aliquando fictioni: quando præsumptioni opponitur nihil aliud veritas, quam certitudo est: quâ ratione dicitur non verum, quod præsumitur, hoc est, nō certum. Cæterūm quando fictioni comparatur: tūc in propriâ significatione veritas manet, ut ea sit, quæ nihil fictum, nihil cōmentitium habet: sed immutatum, quod nunc est, vel ante fuit, vel post futu-

rum

rum est, ut definit. Cic. lib. 1. de Iur. Quod
 itaq; præsumptum est, illud simul verum
 dicitur: nam finis præsumptionis veritas
 est: fictionis autem contraria veritas: non
 tamen verum dicitur, quia certum.
 ipsa etiam probatio præsumptiva ven
 probatio est, quatenus probatio aut pro
 bandi modus: quid enim aliud est vera
 probationem esse, quam esse propriam.
Habemus ergo, quando eadem sint audi
 versa, esse verè tale aut propriè tale, u
 rursus verumne conjugium dici possit
 quod ex fide datâ præsumitur secuta de
 dum copula: verum enim dici non po
 test, quia certum: sed utiq; verum, qui
 non fictum. Ex quibus inferimus, si
 specie sic testis deposuerit, ut præsumpt
 vam suæ depositionis rationem adjunxe
 rit, verè ac propriè probasse videri, quo
 nihil fictum in sua probatione sit: non ta
 men veram, hoc est, certam eam proba
 tionem esse: quia in præsumptione nihil
 non ambiguum, saltem si juris non est, ut
 alibi dicemus. Sed *difficultas* exhausta ne
 dum est, dum queritur, an testis superne
 gatiya acceptus remoyere debeat actu

à sen-

Quod à sensu, an verò sensum ab actu? Asser-
 ro debet removere actum à sensu, non
 contra, hoc est, testis debet dicere, talis a-
 ctus non fuit factus, & hoc ego scio per sensum,
 & presentiam meam, quia tali loco & tempore,
 ubi actus celebratus dicitur, ego interfui, & re-
 ut pro verâ ille actus celebratus non fuit, & non potu-
 isset celebrari, quin ego vidissim & audivissem.
 Ratio conclusionis est: quia in facto alie-
 no sic coarctato, virtus sensitiva clare &
 aperte percipit negativam: unde si testis
 removet sensum ab actu, quod est quan-
 do dicit, non recordor Petrum hoc aut illud, de
 quo accusatur fecisse, neq; etiam interfui, ni-
 hil probat, quia qui nescit, probare non
 potest, Barth: in L. I. S. si quis neget: num. 6.
 Grigor: XV. decis: 325. n. 4. ex quibus con-
 stat commune axioma, plus creditur duo-
 bus affirmantibus, quām decem neganti-
 bus verum esse, quando ex illa negatione
 non resultat probatio negativæ; vel quia
 impossibile, eò quod non est coarctata,
 vel quia non est redditâ causa scientiæ: ali-
 às pari passu ambulant affirmativa & ne-
 gativa Panor: in cap. bonæ memoriae. n. 13.

4. Probatio judicialis, de qua agimus,

I faci-

facienda est post litem contestatam, qu
 tunc dicitur judicium cæptum, nec sciri
 ante an reus negaturus sit, an confessi
 rus id, quod intenditur, quia id sit per
 tis *contestationem L. 1. C. de lit: contest:*
 ideo ante sciri, quid probandum sit vi
 non sit, nequit. Tunc verò probatio absolu
 yenda est intra certa dilatationum tempo
 ra: si consuetudo aliud non exigat, & pol
 quartam testimoniū productionem, au
 blicata testimonia, ulterior probatione
 admittitur. *Authen: qui semel. C. h. t.* utine
 post conclusionem in causa, nisi in crimi
 nalibus ad innocentiam rei probandam,
 quo casu etiam post sententiam & remi
 dicatam recipi debet. Cæterū probatio
 judicialis fieri potest tam in loco judicii
 quàm extrà, ubicunq; *Judex*, qui exami
 ni præst confederit. *L. ad personas ubi D*
~~ff. de jure iur.~~ *Debet autem probatio clara & certa, cap. in præsentia h. tit. imo illa*
criminalibus luce meridianâ clarior propter maximum præjudicium. L. ult. c. laan il-
tius enim est nocentis facinus impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. L. 5. in principio de pæn. Finis verò probatio

Svp

n, qu bationis est fidei in judici facere. L. quingen-
ec scit ta. 12 ff. h. t. Effectus quod secundum e-
onfessi am sententia proferri debeat. L. argentari-
it perl us 10. §. fin. & ibi DD. ff. de edendo. & quidem
ntest: in pari, pro reo vel qui melius probaverit.
m sit ve cap. licet. §. ex præmissis. h. t.

TITULUS XI.

DE PROBATIONIBVS IN SPECIE,
& primum de Confessis.

C A S U S.

DE commisso homicidio suspecti
erant Pater & Filius : factum u-
terque negare, nec ullis tormentis
fateri. Carolus Magnus veritatis ex-
torquendæ gratiâ utrumq; condem-
nat ad suspendium. Tum Pater ta-
tus amore filii, sese reum; & Filium
expertem culpæ pronunciavit. Borb.
or pro in cap. in præsentia, de Probat. Quæritur,
t. c. si an illa confessio sufficerit ad proba-
unitum tionem? Resol. habetur num. 2.

SVprà diximus legitimam probationem
I. fieri
2

fieri per adversarii confessionem, vel p
testes, vel per instrumenta &c. Et quia in
cillima species, atque ad litium expeditio
nem promptissima est confessio, ideo d
hoc primo loco: circa quam princeps h
est quæstio: an confessio sit verè & pr
priè probatio? Et invaluit non esse; q
effici nequaquam posse videtur, ut is pu
baverit, qui pro se nihil dixit aut prop
suit, nam probatio in sui intentione in
cumbit actori. L. 2. ff. de probat: cui proin
de nihil aliud incumbit, postquam con
fessus est reus; ergò verè & propriè na
probavit, sed probandi onere levatus
actor, & reus non probavit: quia nihil pr
se aut in sui favorem attulit, sed contra
L. de ætate. ff. de interrog: act.

2. Verùm his non obstantibus, Cen
sor, Confessionem veram & propri
speciem probationis esse, utroq; iure pro
hac opinione pugnante. ut apud Paul. in
L. publ: in fin: ff. de poss: cùm enim confessio
quædam depositi in Epistola facta fuisse
quæsum fuerat, an ex scriptura obliga
tio aliqua orta fuisse videretur, responde
Paul. h. u. Ex Epistola, de qua queritur, n
lam quidem obligationem natam videri,

, vel p probationem depositarum rerum impleri posse.
 quia h Cui proximum est, quod habetur L. 1. in
 peditio fin. ff. de interrog: act. ibi. Sed tantummodo ad
 ideo ad probations litigatoribus sufficiunt ea, quæ ab
 ce p adversa parte expressa fuerint. supple confi-
 è & pr. tendo. Accedunt ex jure Pont. text. in cap.
 se; q. i. de confess: in 6. Statuimus, inquit, Innoc:
 it is pos IV. ut Indices admittere possint probations ne-
 t propo gativas, quæ probari nequeunt, nisi per con-
 ionem aduersarii. Et in Clement. con-
 ii proin stitutionem de elect: probationem tamen factam
 am co super his per aduersarij confessionem, vel alias
 orie no legitimè non infirmat: quibus adde cap. in
 vatus e presentia de renunt: cap. cum ad sedem de restit.
 nihilq. spol: Præterea confessus convictus dicitur.
 ontrale L. qui sententiam C. de pœn: & quasi convi-
 , C. etus punitur pœnâ criminis. L. si qui adulte-
 roprij. C. ad L. Iul: de adult: ubi etiam cum juris
 jurepro præsumptione, quæ verè & propriè pro-
 Paul. in batio dicitur, confessio comparatur: con-
 onfessio stat autem convincere aliquem nihil ali-
 fuisse, quam contra aliquem irrefraga-
 oblig. biliter probare. L. 2. C. quorum appell: non
 ponde recip. Deniq; si simplex de seipso assertio
 ur, ma cum juris præsumptione verè & propriè
 deri, / probatio est, & probatoriam conditio-

nem implet. ut L. non omnes §. a. barbari
deremil: cur etiam talis confessio non sit

3. Ad argumentum oppositæ opinio
nis. DICO. Reum, qui confitetur, non
quasi reum in sua illa confessione haber
dum esse, (reorum enim fugere est) si
quasi eum, qui adversus se testimonium
perhibeat veritatis, adeoque in actu con
fessionis quasi testem omni exceptione
maiorem, aduersus seipsum, & in monu
to confessionis, aut effectu eiusdem qua
si Judicem, qui ex propriâ suâ attestatio
ne seipsum condemnat. L. i. ff. & Cod.
confessor: Si igitur reus non quasi reus
dum fatetur, sed quasi testis, videtur ad
ex ore confitentis, & quasi contra seipson
deponentis, suæ intentionis probationem
eruere. Testis enim probare non dicitur
sed auctor per testem: pensandum quoq;
est probandi onus auctori regulariter in
cumberet, ad proprietatem autem pro
bationis non refert, an ipse probet, vel
lius. Non enim ex persona agentis exper
di vocabulum debet, sed ex Etymologij
definitione, auctoritate, &c. Insuper au
vertendum, non sequi, hoc relevat ab an
re p
eni
ris
me
ner
aut
arg
sub
sec
illuc
bati
relev
bana
blic
ban
APP
pro
ner
cie
tam
stes
leva
rus.
not
tum
rani
repr

re probandi, ergo non est probatio. Quando enim id, quod relevat, est eiusdem generis cum eo, à quo quis relevatur, argumentum inutile est, igitur si quod ab onere probandi relevat, probatio non est, aut in se probationem non habet, valet argumentum, & quod ab onere probandi sublevat, verè & propriè probatio non est, secus, si quod ab onere probandi relevat, illud itidem probatio sit, aut si in se probationem habeat: sic enim accipim⁹. *Hoc relevat ab onere probandi, hoc est, ulterius probandi.* Nam & productio instrumenti publici ab onere probandi, hoc est, ultra probandi actorem liberat, quæ nihilominus propriissimè probatio est, & qui unâ specie probationis, utpote pertestes intentiōnem suam fundavit, alia probationis specie onerandus non est. *cap. de probat.* nec tamen sequitur modum probandi per testes, quo quis denuò probandi onere sublevatur, minus propriè talem esse. *cap. forus. de verb. signif: L. 1. ff. de Fid: instrum:* sic notorium, juris præsumptio, & juramentum probandi munere actorem deone-
rant, quib⁹ tamen veram & propriam pro-

tionem effici dubitandum non est. Neq; obstat, aliud esse implere conditionem aliud implendi munere relevari. L. jure
vili ff. de condit: & demonstrat: quia hic; qu
ab onere probandi relevatur, per id rel
evatur, quod est probatio, scilicet per con
fessionem: at qui relevatur ab onere im
plendi conditionem, non relevatur pe
id, quod est conditio.

4. A simplicibus ad mixtas transversis
in controversiam vocatur, an probatio
mixta sit vera probatio? v. g. duæ proba
tiones junguntur, quæ simul & imperf.
Etæ sunt, & diversi generis, ut si cum tali
concurrat extra judicialis confessio, jun
cap: cum dilectus de success: ab Intest: aut si uni
co testi juramentum, vel fama copuletur
Negat. Menoch: l. 1: q. 39. num. 11. cum alle
Argumentum est, quia causatum cau
suæ naturam sequitur. E. ult: de nat: lib:
can: principatus. 1. q. 1. Cum itaq; probatio
hæc mixta ex non plenis, non perfectis,
adeoque non propriis probationibus sed
argumentis & præsumptionibus constet
non potest ipsa verè & propriè probatio
esse. Nihilominus placet opposita opinio
Lal:

Laij Manc: ad rubr: de prob: diff: 4. cap. 16.
 Aut enim volumus plenam perfectamq;
 probationem esse hujusmodi, constan-
 tem duabus semiplenis, & constat veram
 & propriam probationem esse: Aut hoc
 idem negamus, imperfectamq; dicimus,
 & nihilominus idem à nobis statuendum
 est, inutile enim argumentum illud, non
 est plena probatio, ergo non vera, nec
 propria, quia plenitudo effectum & quā-
 titatem probationis dicit, proprietas ve-
 rò essentiam aut qualitatem indicat. Si-
 militer ex imperfectis diversi generis
 quid implicat perfectum constitui? Cer-
 te partes hominis licet diversæ sunt inter
 se, eam tamen potestatem habent, ut con-
 junctæ perfectum hominem efficiant:
 materia pariter & forma partes sunt inter
 se differentes, atq; incompletæ, quæ ta-
 mè compositum perfectum propriè con-
 stituunt. Testis igitur & juramentum mo-
 di sunt omnino diversi inter se, & singuli
 imperfecti, veruntamen, ut probationes
 sunt ita se habent potentialiter, ut simul
 hæc, perfectissimamq; probationem
 componere possint. Nec obstat his pro-

positio illa: Causatum sequi naturam sua
causæ. Hanc enim generatim veram non
esse, duplixi exemplo ostendimus: Vide
mus enim semiplena ulla probatione non
relevari probantem, ut sanè constat ex ap-
ult. *de jure jur.* & *L. admonendi*, ff. eod. & nihil
ominus relevari, si duæ incompletæ sumi
jungantur. *cit. cap. ult.* & *L. admonendi*.
Testes etiam per se & separatim accepti
vix semiplenam probationem faciunt,
qui tamen juncti plenissimè & perfectissi-
mè probant: constat igitur non urgente
quæ opponunt. Cur enim vera & propriæ
probatio dicenda non videatur, quæ mo-
dis licet impropriis conficitur? Negare
rò argumentum valet à modo, quo id
conficitur, ad rem ipsam, quæ conficitur
ut exemplis comprobatur. Dominium
enim verum propriumque esse dicitur
quod factâ, & minus propriâ traditione
transfertur, ut scribitur ad *L. ex hoc iuri*
de justit: & jure. Datur etiam possessio
clausula constituti. *L. quod meo. cum not:*
de aqua: possess: & quidem vera & propriæ
L. certè. §. 1. ff. de precar: cùm tamen fici-
tius huiusmodi translationis actus l.

No

ram suam non ergo necessarium est, ut eiusdem naturæ sint partes, cuius est totum: præsterim quando partes homogeneæ non sunt: sicut enim carne & ossib' animal compingitur, quæ tamen diversæ naturæ sunt.

5. Ex quo principio emergit dubitatio an probatio mixta, quæ unico teste & jurejurando componitur, sufficiat ad implementum formæ. Casus est. In testamento paganico 7. testes requiruntur adeò, ut vel uno deficiente nullius sit momenti *L. si unus C. de Testam:* finge conditum fuisse testamentum, inq; eo testem unicum defuisse, quæritur possitne deferri juramentum juxta cap. ult: de jurejur: & *L. admonendi ff. eodem.* Prima opinio eo fundamento negat, quia forma ad amissim, & quod aiunt, specificè seu in individuo & ad unguem impleri debet, non autem per æquivalens, aut alio modo. Formalis quoque solennitas indivisibilis est. *L. hac consultissima. L. furiosum C. qui testam. fac poss. at nec specificè impleretur, nec maneret individua, sed per semiplenas divideretur, si vice testis juramentum admittendum foret, ergo.* Vide

quod in specie habet Gl: ad Clementinam
constitutionem in fine de elect: Nos sic statui-
 mus , ubi testium numerus ad solenni-
 tatem pertinet , ut in testamentis septe-
 nariis , non posse juramento suppleri
 idq; propter formæ solennitatem: ut tra-
 dit Lælius. Manc: ad rubr. de prob. dissert: 4 cap.
 16. Sin autem numerus testium solenni-
 tatem nullam habet ; (ut in contradictionibus
 & testamentis ad pias causas, numerus se-
 narius per L. ubi numerus. ff. de testibus) ni-
 hil tunc impedit posse jurejurando sup-
 pleri: sat enim est, ut plenè probetur id
 de quo agitur, nec refert quomodo. Al-
 cap: cum dilectus, de successor: ab intest. quo
 opponi solet, respondet Abb: ad eum ter-
 tum n. 15. Manc: cit. supran: 16.

TITULUS XII.

DE TESTIBVS & ATTESTATIO- nibus.

C A S U S.

SIllus testis contra Pisonem reum
 crimen protulit, quod se de eo au-
 disse dicebat. Pisonis defensor Crat-
 sus

boup

sus, potest, inquit, fieri Sile, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit. annuente Silo, Crassus iterum: potest etiam fieri, ut tu non recte intellexeris. iterum annuente, subintulit: potest etiam fieri, ut omnino, quod te audisse dicis nunquam audieris. Hoc adeo præter expectationem, ut Silum testem omnium risus obrueret. *Man. lib. 6: apoph.* Quæritur, an Silus à testificando prohiberi potuisset, tanquam non idoneus testis? *Resol.* pete ex num. 1. & 2..

I.

In ter modos negata ab adversario probandi, communissimus est, qui fit per testes, multoq; efficacior, illo qui fit per instrumenta, cum etiam falsitas instrumenti, vel quod deest instrumento per testes probari possit. *cap: cum Ioannes de fine Instr: modusq; hic probandi in omnibus judiciis & causis locum habere potest, tam criminalibus, quam civilibus. cap. in omn: 4. h. t. tam Ecclesiasticis, & spirituali-*

tualibus, quam profanis, *cap. in causis 15. b. t.* tam in prima, quam in secunda instanta *cap. fraternitatis 17. eod.* Dicitur autem testis, qui ad fidem alicuius rei faciendam accersitur, & ut testes probent debent esse idonei, & fide digni, seu ut dicitur omni exceptione maiores *cap. 1. b. t. L. optimam C. de contrahend. & committ. stipulat.* quales sunt quicunque à SS. Canonibus vel legibus expressè non prohibentur.

2. Quidam autem prohibentur generaliter, ob aetatem & judicii infirmitatem, ut sunt furiosi, amentes. *cap 1. b. t. L. 2. b.*
 3. §. *Lege Julia. eod:* quia juramentum, sine quo testi non creditur, praestare nequeunt: ob quam rationem, impuberes cum lex julia nominatim testes esse vetat. *3. ff. de testibus.* Puberis, non vetat: in criminalibus tamen causis speciatim exigannos 20. *L. in testimonium 20. ff. eod:* in vilibus annos 18. quod longè verius est, pubes de iis, quæ impubes vidi testimonium ferat: quia nusquam revera prohibetur: & cum servus factus liber dicere testimonium pro vel contra dominū posset, de iis quæ in servitute existens vidi

notionem 99. in fine ff. de verb. sig. cur non &
 Pupillus factus pubes, de iis, quæ in pupillari ætate vidit : nam quod pupillus omnia ignorare dicatur L. ultim. de jur. & fact. ignor: hoc intelligitur, quoad sui præjudicium, quando ex scientia damnum aliquod ipsi proveniret. Præterea generaliter prohibentur damnati publico iudicio, & à Principe non restituti, item, qui in vinculis custodiâve publicâ fuerunt iudicio publico rei, cit. L. 3. § lege Julia. Surdus, & mutus in testamentis prohibentur.
 §. testes autem Instit. de Testamen. ordin: An & in iudiciis? Etiam surdus de auditu, cœcus de visu testificari nequit. Cœcitas tamen superveniens non impedit: quandoquidem etiam judicantis officio fungi possit, si illud videns susceperit. L. cœcus ff. de judic:

3. Alii prohibentur ferre testimonium pro certis vel contra certas personas, aut in certis causis duntaxat: sic hæres institutus in testamento testis esse non potest.
 §. neq; hæres. Instit: de Testam. contra verò legatarius, & fidei commissarius particularis rectè in testamento in quo sibi legatum

tum, vel fideicommissum relictum est
tanquam testis de jure communi adhibe-
tur. L. qui testamento. ff. de testam. quia po-
tiùs in causa hæredis, ad quem testamen-
tum principaliter spectat, & non in cau-
sâ propriâ, nisi ex consequenti, & secun-
dario testimonium dicit. Atqui multa
consequenti tolerantur, quæ principi-
ter prohibentur. L. i. ff. de auctoritat. ⁱⁿ
S E D & idonei testes non sunt domèni-
familiares, consanguinei. capit. 24. b.t.
eod: exceptâ causâ matrimoniali, & reli-
gionis. c. videntur nobis. 3. qui matrim. de-
cuss: possint, ut si quæratur, an matrimonio
um ob affinitatem, vel consanguini-
tem contrahi possit, vel non. can: i. 35. q. 3.
Inter domesticos primum locum obti-
nent parentes, liberi, & hi à testimonio ju-
diciali arcentur propter reverentiam, &
affectionem, quæ intercedit. L. perspic-
tum. ii. §. furtæ domestica. ff. de pœnis. ⁱⁿ
super eo 22. b. t. Et hoc ad naturales quo-
que extenditur. Gl: in Parentes 6. C. de pa-
Socer, susceptor, nutrix, pædagogus Pa-
rentum appellatione hac parte non con-
tinentur: sed quoniam, Apostolo teste,
ⁱⁿ

sum ell
 adhibe
 quia po
 stamen
 a in ca
 & secu
 nultas
 incip.
 tat. Int.
 omelias
 f. h. i. S.
 & reli
 trim. di
 rimoni
 guini
 . 35. q.
 n obu
 onio ju
 iam, S
 rspicio
 enus. iq
 es quo
 depau
 gus Pa
 n con
 teste
 fen
 sentent: 15. gratia & necessitudo rei veræ
 testimonium plerumque corruptant,
 quantum eis tribuendum prudens Judex
 facile æstimabit. Deinde Frater in cau
 sa Fratris, & ex Fratribus descendentes:
 & si quidem uterque in eiusdem potesta
 te sit, nulla est dubitatio: sin alter eman
 cipatus, vel uterq; sui juris sit, non idem
 omnes sentiunt. Pleriq; affirmant eman
 cipatum audiendum esse Gl: & DD. in cit:
 L. Parentes. Quod verò Duaren: dome
 sticos latius definit, omnes qui sunt e
 iusdem gentis, familiæ, agnationis, non
 possis probare: satis enim apertè leges
 domesticos non jure cognationis, sed po
 testatis & habitatione æstimant. Cuiac: in
 L. ad testium. 22. ff. qui testam: fac: pos: Po
 stremò Uxor in causâ Mariti, & contra
 Maritus in causâ Uxor's domestici testes
 sunt, quæ meritò etiam ob reverentiam
 & affectionem à testimonio repellitur:
 L. perspiciendum. 11. §. furta domestica de
 pénis: sunt & famuli mercede conducti,
 quamdiu serviunt. cit. §. furta. nec defunt,
 qui colonum adjiciant. Wesenbec: par:de
 testibus. num. 4. Vix puto rectè. Quid
 de

de convictoribus dicendum? sunt qui domesticos definiunt omnes, qui vivunt nobiscum ad unum panem & unum vi-
num ut ipsorum verbis utar. Barthol: in L.
11. §. *furta de furtis*. Bald: in cap: literis de tu-
stibus. Alii verò solus convictus ad repel-
lendum testem sufficere non videtur. Ho-
tom: in L. 2. C. de testibus. Quid de subdi-
tis in causa Principis fui? Accurs: scribi,
non esse testes idoneos: intellige, nisi su-
jurandum subjectionis remittat, aut Prin-
ceps testes alios reperire non possit. Sed
nec solum domus, verum & amicitia, &
inimicitiae iustam præbent repellendi te-
stis causam. L. 5. & 17. Cod: de testib: pre-
fertim si inimicitiae capitales fuerint: si
minus, auditur quidem, sed cum ad di-
sputationem ventum fuerit, adversuseum
de inimicitiis excipitur, nov. 9. cap. 7. Mo-
noch: libr: 1. de arbitr: judic: quest: 28. Si quis
non rogatus surrexerit, an poterit tan-
quam odii, gratiævè suspectus rejici? af-
firmat Donel: de testibus. cap: 4. arg: L. qui
omnia 25. de Procur: Si verò rogatus sur-
gat tametsi non citatus, non poterit pro-
pterea repellli Barth: in L. post legatum. 5. §.
hū v.

hū verò. ff. de his quibus. ut indig. Denique
 à testimonio repelluntur infames infamia
 juris capit. ex parte 7. cap. testimonium
 h. tit. exceptis casibus quibusdam, ut cri-
 mine læsæ Majestatis, hæresis, simoniæ,
 &c. ob gravitatem eorum etiamsi tem-
 pore depositionis sint emendati, nisi eti-
 am restituti sint, ut DD. communiter.
 PORRO an etiam infames infamia fa-
 cti à testimonio arceantur? Negat Cla-
 rus qu: 24. §. fin: quoad ad causas criminale-
 les: in civilibus verò admittit Barth: &
 alij C. de Sum: Trinit: L. 2. ff. de obsequijs præst:
 idq; pro Judicis arbitrio: De jure tamen
 canonico, ne quidem in civili causa hu-
 iusmodi admittendos esse colligunt qui-
 dam ex cap. testimonium ver. aut gravata sit
 eius opinio. Nam licet quidam intelligent
 de causa criminali, id tamen videtur esse
 in civili, ut ibidem notatur. Vide Can: in-
 fames 6. qu. 1. restitutus autem ad famam,
 & honores admittitur. uti Farin: q. 5. n. 79.
 & seqq: I T E R V M Hæretici, Judæi, &
 Pagani, non possunt esse testes contra
 Christianum, & Catholicum. Can: non
 potest. & Can: Pagani: tum ratione odii,
 quo

quo illum persequuntur *can: nonne 1. q. 1.*
 tum, quia non potest erga homines esse
 fidelis, qui *D e o extiterit infidelis. cap. li-*
cet 13. h. t. valeret tamen testificatio Ju-
dæi pro Christiano; quia sicut par affe-
ctio omnem tollit suspicionem, ita & pa-
causa odii: cum contrariorum eadem si-
ratio. Adversus Judæum verò Christi-
nus rectè testimoniū agit. De Iudice, assessori,
executore, advocato, & procuratore me-
ritò dubitari potest, quid eorum testi-
monium operetur. Resp: non posse pro-
duci testes in eâ causâ, de quâ cognove-
runt, aut in quâ patrocinium præstite
runt. L. ult: ff. h. t. cap: fin: eod: in 6. nisi co-
tra quem quis advocatus fuerit, procura-
tor, aut executor petat eum in testimoniū.
Spec: tit: de testib: §. 1. MULIER in testa-
mento testis esse nequit L. 20. §. mulier
qui testam: fac: poss: ne quidem à rustico
confecto, quia licet in eo minutus sit nu-
merus testimoniū, tamen quoad habilitatem
nihil immutatum videtur. Potest tamen
adhiberi testis ad testamentum Militie
stantis & testantis in acie: quia in eo te-
stes non debent esse rogati, & remissa ei-
solen-

solennitas juris civilis, solumq; jus gentium spectatur: quemadmodum & in testamento Patris inter liberos. Gl. in L. hæc consultissima. §. ex imperfecto C. de testam: quia in eo quoq; remissa est solennitas juris, spectatur q; jus gentium. An in codicillis mulier testis esse potest? OMNINO, quia nusquam reperitur prohibitum. secundum Gl. in L. fin: in ver: quinq, C. de codicill. Nec obstat, quod codicilli largo modo veniant appellatione testamenti. Gl. ult: in L. 1. ff. de testam: videanturque esse pars testamenti Gl. in cit: §. mulier: quia non sunt nisi testamentum imperfectum. In aliis verò mulier testis esse potest, non tantum civilibus L. ex eo. 18. ff. h. t. sed etiam criminalibus de jure civili. idq; inde colligere licet, quod legi Julia nominatim ea tantum excipiatur, quæ quæstum palam corpore fecerit L. 3. §. pen: ff: eod: quæque adulterii damnata est. ibid: Ratio verò cur de jure civili in testamēto non admittatur, & tamen causā criminali admittatur, quæ minoris est præjudicij, hæc est, quod testamenta olim fiebant calatis comitiis, in quibus mulieres suffragium non

non habebant. *Laicus contra Clericum*, an & quatenus testificari possit, supra dictum quod non possit: quando agitur criminaliter. per cap. de cætero 24. h. t. quamvis Lopez ad caput 4. pract. criminis decem casus referat, quibus Laico Clericum accusare permittitur; ut hæresis, læsa Majestatis, simoniæ, sacrilegii, notorii minimis &c. *De Monachis Canonicis regulis* aliisque Religiosis vix difficultas est, quin testificari possint: quia licet à negotiis secularibus, officiisq; civilibus, ac forensibus arceantur per cap. Monachi. 16. q. 1. & toto tit. ne *Cler.* vel *Mon:* seculi: neg. non tam men constat arceri à ferendo testimonio & alias neq; in causa Ecclesiæ suæ vel Monasterii testes esse possent, quod falso esse patet ex *Can: super. 14. qu. 2. cap. nups.* 51. h. tit. modo tamen licentia superioris accedat. cap. si *Religiosus cap. si Abbatem de elect: in 6.*

4. Quantum ad productionem testimoniū, & modum producendi. Imprimis auctor, vel reus petit admitti ad probandum, & dari sibi terminum probandi, & producendi testes. *Gail: I. obs: 96.* Deinde ad-

ver-

versario citato & comparente producens
 testes, judici exhibet articulos super quib⁹
 eos producit, & præterea nomina testi-
 um: qui in persona producendi omnino
 sunt in criminalibus: in civilibus aut evo-
 candi ut coram examinentur, vel in aliâ
 provinciâ examinandi L. 3. §. idem ff. de test:
 nisi milites, senes, valetudinarii sint, aut
 cum Magistratu Reipubl: causâ absunt,
 aut alias venire non liceat, aut non absint
 testimonii declinandi causa, aut publica-
 ni fuerint, aut quid præberendum exerci-
 tui conduixerint. L. 3. §. ult. L. 8. & 19. ff. de
 testib. Extra hos evocati sequi debet, sum-
 ptibus tamen producentis: secuti, dies 15.
 expectare, intra quos si interrogati non
 fuerint, impunè eis discedere licet. cit. L. 3.
 Donel: in L. 11. 16. & pen: C. de Testibus. Tum
 si productis testibus adversarius quid ob-
 jicere velit, quod eos à testimonio repel-
 lat, id potest facere cap: ex parte 7. h.t. mo-
 do ante eorum receptionem & examen id
 fiat, alias statim ad dicendum testimoni-
 um admittendi sunt. Sed adversari⁹ si ve-
 lit potest exhibere judici interrogatoria
 sua,

sua, ut vocant super articulis sibi priuise
hibitis, secundum quæ petat à Judice te
stes interrogari & examinari. cap. præsen
tium. §. testes 31. b. t. ut si fortè testes à pro
ducente subornati sint, id Judex infe
quendo interrogatoria adversæ partis
cilius deprehendat. Testibus deinde ad
testimonium dicendum admissis, & tan
partis producentis articulis, quam partis
adversæ interrogatoriis judici exhibitis,
Judex ipse testes receptos examinabit, &
commissarius eius, si ipse commode non
possit. cap. si qui testim 8. b. t. L. Iudices.
C. de fide instrum: si scilicet agatur civiliter
nam in criminalibus hæc commissio per
missa non est. Auth: apud eloquentissimu
C. de fide instr.

5. In ipso verò examinis limine, anti
quam testes testimonium ferant, de manu
dato Judicis, aut substituti eius, juramen
tum deponent de veritate dicendâ, quod
que depositiones suas ante legitimam ex
rum publicationem neutri parti aperient
cap. tuis quæstionibus. 39. b. t. L. jurisjurandi
C. eod: quia testi non jurato minimè cre
ditur, in præjudicium alterius, quisqu

sit præsertim in criminalibus. *cap. tuis questionibus. cap. nuper 51. b. t.* An remittere iusjurandum Judex possit? Nequaquam. Quid si adversarius consentiat? Verius est hoc casu gratiam iurisjurandi fieri posse: cum publicam utilitatem non respiciat, sed solum favorem partis, pro qua testis producitur, itaq; potest remitti: prout ordinariè remittitur personis Illustribus, aut in aliqua dignitate, aut officio publico constitutis. *per tex. in cit. cap. tuis questionibus*, nisi ageretur de præjudicio publico, aut animarum salute, ut in causâ matrimoniali, aut capitali. *Mascard: lib: 1. q: 5. n: 108. Gail: lib. 1. obs: 101.*

6. Interrogatio aut examen testium, an præsentibus litigatoribus fieri debet? Communis est sententia vocâ dos quidem, ut videant jurare testes: examen autem secreto fieri debere. *Farin: q. 62. cap. 1. & qu. 80. n. 92. Hotoman: in L. 12. C. de testibus.* Unde Judex assūptis tam producentis articulis, quam adversæ partis interrogatoriis testes interrogans. I. personas eorum, & conditionem explorare debet: ut cuius ætatis sint, & conditionis, an litiga-

K tores

tores noverint, & quā notitiā vulgaria
 aliā, an uni parti magis faveant, quā al-
 teri, an unius, aut alterius sint consanguinei,
 affines, an ex testimonio suo commo-
 dum, vel incommodum sperent. 2. inter-
 rogabit de tempore, loco, visu, auditu,
 credulitate, scientiā, famā, certitudine,
 aliisq; similibus causæ circumstantiis cap:
cum causam 37. h. t. 3. de ratione & cœla
 sui dicti sive depositionis, aut scientia,
 adeo ut si producentis adversarius in suis
 interrogatoriis id fieri juss erit, & exami-
 nator dolo aut negligentia omiserit, ad
 omne interesse parti adversæ teneatur.
 Panor. in cap. *cum causam 37. h. t.* Sic eti-
 am, si testis interrogatus rationem sui di-
 citi eam non reddiderit, per aliquem ei
 quinq; sensibus, qui negotio, & facto, di-
 quo interrogatur, congruat, depositio
 eius præsertim in criminalibus nullast.
L. solam C. de testib: Si verò reddiderit, sed
 non probabilem, testimonio eius non
 credetur. *cap. præterea 27 h. t.* Fundamen-
 tum doctrinæ huius est: quia ratio in teste
 dat esse eius testimonio & illud salvat, vel
 destruit, & ideo licet dictum eius perle
non

non probet, tamen ratio dicti redditia sufficiens probat: ut si dicat. *Scio, quia vide*
contenta in articulo fieri. Contra verò si dicat. *Scio, quia audivi ab alio,* iam deficit ratio, & fundamentum sui dicti, nec probat; quia testimonium de auditu alieno regulariter nullum est *cap. licet 47. h. tit.*
 Dico de auditu alieno, quia si res auditu perceptibilis sit, & testis de proprio auditu deponat (ut si dicat *Sempronium obligatum esse scio, quia audivi promittentem*) probat: *cap. tam 33. h. t.* debet enim ratio dicti separata esse ab ipso dicto. Et ideo si deponat: *Titium mutuasse scio centum.*
 Sic et pro causa scientiæ dicere debet, *quia videtur* numerare ex causâ mutui: non autem dicere, *quia scio:* nam tunc ratio esset eadem cum dicto, atque ita non probaret.
 NON TENERE tamen testis de rigore reddere causam suæ scientiæ, nisi ex presse, vel implicitè interrogetur *cit: L.*
solam. & ibid: Bald. & colligitur ex *cit: cap.*
cum causam. quia non debet esse verbo-
 sus, nec respondere ad ea, de quibus
 non rogatur. *Felin: in cit: cap: cum causam:*
 praterquam in causis criminalibus, &

ubi agitur de factis, quæ solo judicio intellectus percipiuntur: veluti si testetur aliquem esse sanæ mentis, esse divitem, esse dominum alicuius rei, habere jus decimandi, &c. quod potius judicio intellectus, quam aliquo sensu corporeo percipitur Mascard: *de probat: 1376.* nam in illis etiam non rogatus reddere debet causam scientiæ suæ. Abb: *cap. cum causam. al. 3.* quia de supradictis, nudè assertere, potius judicare est, quam testificari; quod ad testem non pertinet: similiter ut probatione facta per unum testem deferatur jurementum suppletorium probationis, oportet quod ille testis etiam non rogatus reddiderit causam dicti sui, alias non facilis mihi plenam probationem.

7. Examine testium ex parte actoris producentis ita peracto, admitti vicissim debet adversarius, aut reus ad probationem objectorū, id est, eorum, quæ in personas testium objecerit: & si ad hæc objecta probanda aliquos testes produixerit, permittitur etiam vicissim actori hos testes ad fidem eorum enervandam, vel minuendam per alios testes reprobare. Ulterius

terius verò testium reprobatio permissa non est, juxta vetus & vulgatum, testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licere, sed non reprobatorios reprobatoriorum. *cap. dilect. h. t.* ne ita litigatores in vicissitudine probationum & reprobationum in infinitum progrediantur, ac lites protrahant.

8. His ita peractis litigantes in sua præsentia constitutos interrogabit, an plures testes producere velint: & si dixerint se velle, audientur. *cap. venisse: 28. h. t. admit-*
tiq; debebit secunda & tertia productio,
non autem quarta cap. in causa 15. h. t. nisi
quartò producere petens juret se petere
non dolo, sed quia eorum, quos nūc pro-
ducere intēdit, copiam prius habere non
potuerit. cap. ultra pen. h. t. quia effrænata
multitudo testium à Judice refrænanda
est. cap. significaverunt 36. h. t. unde etiam
multitudo testium 40. numerum super
iisdem articulis excedere non potest. cap.
causam. 3.6. h. t: Si verò negaverint se velle
plures testes producere, & ulteriori pro-
ductioni renunciaverint potentib' utrin-
que litigatoribus, vel altero absente, ci-

K' 3 tato

tato tamen & contumace, Judex testimoniū dicta, & attestations publicabit, interloquendo hoc vel simili modo. Dicta testimoniū in hac causa publicamus, eaq[ue] pro publicatione apertis haberi volumus, facietq[ue] copiam patibus, ut eas examinare possint intra competentem terminum, quatenus pro se vel contra se faciant cap. in causis 15. b. tit. dispicere quid aduersus testes contrarie productos scripto postmodum objicerē possint, veluti quod obscurè, & confusè deposuerint, ut ex eorū dictis veritas eiusdem non possit. cap. cum clamor: 53. b.t. ad eū que obscurè dictum pro non dicto habetur. L. de etate. §. nihil interest. ff. de interrog: act. quod item in depositionibus lib. contrariantur, contra jam ad L. 2. ff. lib. vel quod sint singulares, qui regulariter nihil probant. cap. nihilominus jun: Gl: in qu. 9. vel quod testimonia laborent nisi falsitatis: ac proinde in totum reprobari debeant. Gl: in Can: ad scripturas dist. Porrò publicatione attestationum factum nulli alii testes produci queunt, sive eadem, sive in diversa instantia super eadem vel contrariis articulis. Cap: frater

tati. 17. h. tit. Covar:pract: q. cap: 16. nu-
mer: 6. idque ob metum subornationis
testium: quamvis loquendo de publica-
tione hac, ea non sit de substantia pro-
cessus secundum communem sent. Gail:
lib: 1. observ: 105. num: 5.

9. Sed quid si testes legitimè ad feren-
dum testimonium citati comparere no-
lint, vel odio, vel timore, aut alia simili
de causa etiam præsentes testificari renu-
ant, an cogi poterunt? Respondeo compel-
li posse utroq; jure toto h. t. L. si quando.
cum Auth. seq: C. de testib: secundum fori
qualitatem, idq; vel captis pignoribus, vel
mulcta, vel per censuras. cap. 1. 2. & 5. h.
tit. Et quidem in causis non tantum civi-
libus cap: 1. 2. 6. & 7. h. t. sed etiam in cri-
minalibus, per cap. pervenit 4. & 5. cap. su-
per his cap. cum contra h. tit: etiamsi si quis
in testem vocatus jurasset se non testifica-
turum cit: cap. pervenit. quia cum tale
juramentum sit contra bonos mores,
(quatenus Reipublicæ perniciosum, pri-
vatis damnosum, si rei veritas occultetur)
non est obligatorium, ut constat ex cap: non
est obligatorium. de R: I. in 6. Dixi in te-

Item vocat⁹, quia extra eum casum jurans se non revelaturum secreta, si contraficiat perjurus efficitur. *Gail cit: obs: 100.* Neque obstat *cap. 3. h. t.* quia cum dicit testem monendum esse, & non urgendum transferendum testimonium, vult solūm non esse urgendum statim à principio, sed prius monendum, quia monitio præcedere debet coactionem. *cap. 1. h. t.* non autem prohibit quo minùs cogatur, si non proreat, *Gl. ibid:* Non etiā obstat *cap: 100. t.* quia ibi agitur de criminibus, quæ ipsi testibus objiciuntur, ut refert *Host: insum: t. n. 2.* Cæterūm non desunt, qui adferendum testimonium cogi non possunt, ut in primis Confessarii, quia illa non ut homo, sed ut Christi Vicarius scire intelliguntur. Præterea excipiuntur complures personæ, quæ enumerantur partim in *L. inviti 19. ff. de testib:* ut senes, valetudinarii, milites, qui cum Magistratu Reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet partim in *can: si testes* §. item in lege *Jul: 4. q. 3.* inter quos sunt cognati, & agnati non quidem omnes, qui à latere se contingunt, & nullo communi potestatis p-

tria vinculo tenentur: hi enim licet possint esse testes; non tamē adhuc cogi possunt, usq; ad septimum gradum, ut colligitur ex *citata L. 4.* nisi defectu testium aliqunde veritas haberi non possit: quia tunc favore eruendæ veritatis meritò cessant eorum privilegia propter publicam utilitatem *cap. 1. h. t.* adeò, ut in Clericis quoq; receptum sit, ut licet ad testificandum in causis laicorum compelli nequeant, tamen deficientibus probationibus aliqunde, cessante eorum prærogativa coram suo Judice Ecclesiastico testificari debent. *Can: quanquam junc. Gl: 14. q. 2. vel etiam coram seculari cum Superioris licentia tamen Gail: obs: 100. n. 15.*

TITULUS. XIII.

DEFIDE INSTRUMENTORVM.

C A S U S.

Rvdolphus Austriacus Noribergæ
quendam Hospitem seu diversi-
torem ab Advena accusatum, quod
depositas apud se ducentas argenti
marcas negaret, inter primarios Ur-

K 5 . bis

bis Cives visum in palatio, sic allo
quitur: *heu tu, quam scitum pileum habu*
michi dona, permutemus. Dedit ille, id
honorí factum duxit. Paulò pol-
Imperator Civem alium clām
Hospitis uxorem cum hisce man-
tis mittit: *Heus matrona, maritus iuberet*
sacculum illum talem (prout scilicet pum
Depositor Cæsari descripserat) *mittas, opus habet:* & ecce tesseram fidei me
hunc eius pileum. Allatus Cæsari sacci-
lus: Actori privatim ostensus, &
nitus. Tum Cæsar Accusatoreme-
dit publicè: quem Hospes menti-
clamat, veldementire; nihilque si-
cum eo negotii esse vel fuisse. Den-
q; Imperator sacculum profert; &
cuius aspectum ille animo & lingui-
labitur; & grandi præterea à Cæsare
pecuniâ mulctatur. *Iust. Lips. Polit. L.*
c. 9. Quæritur, an Depositor suffi-
cisset pro instrumento fidei priva-

ic allo
m habu
le, idq
alò pol
lám n
mand
is iubet, si
cet, cum
at), ad rem
z fidei me
ri sacc
us, &
orema
mentu
lque s
e. Den
ofert, &
& ling
á Cæsa
Polit. L
ori suff
ci priva
so

scriptura ab ipsomet fecta coram nonnullis etiamnum consciis? Re-
sol. pete ex num: 4.

EGimus superiori titulo de prima spe-
cie probationis, quæ fit voce viva,
modo de altera, quæ fit voce mortua, id
est, per instrumenta: Et hæc latè accepto,
verbo sunt ea omnia, quibus causa instrui-
tur. L. 1. ff. b. t. strictius hoc loco instru-
menta definimus tabulas seu scripturas,
quæ insuper fidem rei, quam continent,
Judici faciunt. *Felin:* & alij b. t. ad cit. L.
sunt autem vel publica vel privata. L. 5. C.
de prob: Publica, quæ publica autoritate,
seu publica Notarii aut Tabellionis ma-
nu debita forma confecta aut confirma-
ta sunt. *Nov: 73. de instrument: caut:* & fid:
confecta veluti tabulæ censuales L. 3. C. fin.
cen. vel relig: apochæ publicæ libr: 6. C. de su-
spect: acta publica seu judiciorum, seu ex-
trajudicialium negotiorum v. g. contra-
ctuum, L. 2. C. de edend: Confirmata vo-
cant DD. quæ à privatis scripta, sigillo pu-
blico, & authentico muniuntur. cap. scri-
pta. cap. quoniam de fide. instrum. L. publica.

K 6 tit: 2.

tit. 2. C. de Testamen: Huiusmodi sunt scripturæ qualescunq; quæ ex archivō publico extrahuntur. *cap. ad audientiam de prescriptione.* *L. in fraudem.* §. quoties. ff. de jūfisci. *Protocollum cap. pen. h. t.* Privata instrumenta sunt, quæ per privatum hominem conscripta sunt, sive ab alterutro cōtrahentium, nulla authoritate publica, quæ alio nomine vocantur instrumenta domestica: v. g. syngraphæ, chirographæ, epochæ privatæ, antæepochæ epistolæ, codices rationum. *L. qui tabulas 27. ff. de fuit.* *L. si Chirographum.* *C. de fide instr.*

2. Et hæc ad robur quod attinet, inter se differunt, quod instrumenta publica plenam fidem faciunt. *L. censuſ 10. f. de probat.* Etiam ex originali & protocollo desumpta jussu Judicis, donec aut per contrarios testes contrarium probetur, aut liunde instrumentum infirmetur, v. g. instrumento alteri contrario, aut exceptione aliquâ adversarii impugnetur, velut quod non sit confectum manu Notarii, qui eidem subscripsit, quod rasuram cancellationem habeat, circa instrumenti substantialia: quod errorem dictionis syllab.

sunt scri-
 to publi-
 m de pri-
 ff. de ju-
 ivata i-
 m homi-
 utro co-
 publica,
 rumenta
 ographa,
 Stola, co-
 ff. defun-
 et, ine-
 tentia-
 fusu 10.
 otocollo-
 t per co-
 ur, aut a-
 ; v. g. in-
 xceptio-
 r, velut
 Notarii
 iram au-
 trumen-
 ictio-
 syllabæ
 syllabæ vel sensus immutativum contine-
 at, ac ideo suspectum sit cap. inter dilectus.
 § instrumentum. b. t. SED quia publicis in-
 strumentis, acta judiciorum anumera-
 vimus, illud quoq; hoc loco exutiendum
 est, an acta unius judicii fidem faciant in
 alio judicio? Et recte responsum arbitramur
 non facere fidem in alio judicio, nisi inter
 easdem personas: hoc enim responsum
 non leviter confirmat. L. ult. Cod: de testib.
 l. pen. §. ult: C. de recept: Clarus. §. fin. q. 54.
 Farin: q. 81. n. 95. Privata instrumenta fir-
 miter non probant pro scribente regula-
 riter, quia nullo jure cavetur, quod ejus-
 modi scripturæ habeant vim scripture pu-
 blicæ. cap. cum à nobis in fine de testibus. Eti-
 am si agatur de favore piæ causæ, quia ut
 dicitur in L. exemplo. C. de prob. perniciosum
 est, ut ei scripture credatur, qua unusquisq; sibi
 annotatione propriâ debitorem constituit. adeò
 ut ex scripture merè privata secundum
 communem sententiam, ne quidem se-
 miplena probatio inducatur. Excipe
 casus sequentes, quibus plenè probant.
 I. nisi utriusq; partis consensu scripta sint
 eâ intentione, ut plenam fidem faciant,
 prout

prout convenire possunt partes, cum quod scriptura privata non probet, introductum sit favore partium, cui renuntiare possunt. II. Quando instrumentum est trium testium subscriptione munitum *cap. 2. L. h. t.* quia tunc quasi publicè perfectum creditur. *L. scripturas C.* qui potion in *pig: hab.* III. Si instrumentum longe tempore inter partes observatum fuerit, & in judicio pro tali sapientius agnitus, & productum. IV. Si agatur pro modica summa. V. Si aliunde fomentum vel supplementum accipiat, ex quo authenticum fiat, v. g. quod scribens sit vir bona opinonis & solitus semper veritatem scribere, quod vir sit summâ præditus integritate, & scriptura contineat verisimilia. VI. Si juramento confirmatum sit. Deniq;, si ab adversario scribentis approbatum sit, etiam plenam fidem facit, licet non sit testium subscriptione munitum. *L. publica. 26. §. fin. ff. depositi.*

3. Hinc autem quod privata instrumenta non probent firmiter, sequitur, præcio qui scripsit nullo modo probare, privatæ annotationes, rationes, repertoriū ad eis

adeò quidem, ut nec fides habeatur, si fisci dispensator rationes confecerit. *L. exemplo. 7. C. de prob. Nov: 48. cap. 1. §. 1.* aut si testamento quis scriperit sibi deberi, tametsi morituri maximè credantur vera loqui. *ead: l. 6. ver. eiusdem juris.* Excipiunt aliqui 1. privatam annotationem parentum de statu & nativitate filiorum. *L. 16. & 29. ff. de probat:* 2. rationes argentariorum. 3. Tutorum. 4. Mercatorum. 5. Scripturam quæ connexè tam commodum quam incommodum scribentis continet. *Maran: p. 6. de testib. n. 70.* At si bene leges ponderaveris vix unam ex his exceptionibus probaveris. **P**ERPLEXA res est, quando instrumentum privatum contra scribentem probet. **A**sse**R**o: in casu quo testes adhibiti non sunt, isq; qui illud scripsit à se scriptum fatetur: quod maximè procedit, si causam expressam habeat, ex qua debitum petitur, veluti ex mutuo, ex empto, quia quisque debet suæ confessioni contrà se stare. *L. generaliter C. de non numerat: pecunia.* Sin autem causam expressam non habeat, neutiquam probat aduersus scribentem. *cap. si cautio.*

14. b. t.

14. h. t. L. cum de indebito. ff. de prob. quia ceterum
 setur indiscretè scripsisse. Sed quid si causa
 sum expressam habeat, ipsi autem infici-
 tur aut neget se scripsisse? Iam dixi: non
 probare: nisi testibus legitimè suffultum
 aut sigillo authentico munitum fidem ab-
 struat. cap 2. h. t. § si quis igitur. Nov: 73.
 Instr: caus: DD. ibid. Quod si testes superflui-
 tes non sint, aut sigillum autheticum non
 habeat, non aliud superest remedium,
 quam ut comparatione literarum aude-
 latione juramenti res probetur. L. con-
 parat. 20. C. h. t. & auth: adhac C. de fid: in-
 Nov: cit: 73. cap: 4. Canisius lib: 4. t. II. Attri-
 stes de quibus supra per eandem Nov: 73.
 1. 2. 8. & 9. peritus literarum adhiberi de-
 bet tres, imperitus literarum 5. nisi res, de-
 qua agitur sit infra auri librā, aut eo con-
 trahatur loco, ubi magna testimoniū est in-
 pia. Imperitum literarum asserit Duan.
 Disp. 3. qui nescit legere, nec literas pingue-
 re. Pro hoc igitur quintus testis suscriben-
 jubetur. cit. Nov: 73. cap: 8. Vix igitur pro-
 cedit, quod quibusdam placet, si imperitum
 literarum notam apposuerit, eam notam
 sive signum pro subscriptione esse Fab: 4.
 C. de fid. instrum: defin 23.

4. Coll:

4. Controvertunt interpres, an pri-
vata scriptura quam quidem testes cog-
noscunt, qui fuerunt præsentes, non, tamen
subscripterunt, fidem faciat. Affirmati-
vam amplectitur Barth. in *L. admonendi de*
jurejur. asserens sufficere huiusmodi scri-
pturam, si concurrat comparatio litera-
rum: *juxta auth. at si contractus.* C. de fide
instr: Contrariam tuetur Ripa in *L. admo-*
nendum. n. 107. quia dicit textus eiusdem legis
est: quod instrumentum huismodi, fidem
ex utroq; percipiat. id est, ex testibus & com-
paratione literarum. Sed placet Barth: sen-
tentia, quam confirmamus ex §. *si quis igi-*
tur in auth. de instr: caut: & fid: in illis ver. Ete-
nim tales testificationes suscipimus, quas præsen-
tes testes dicant, quia his præsentibus subscriptis,
qui documentum fecit, & hunc noverunt. Ne-
que obstat textus, quem Ripa in contrari-
um adfert: quia ad summum procedit,
si res incipiat à comparatione literarum:
aut documentum à testibus non agnosca-
tur: tunc enim admittimus quod privata
scriptura fidem plenam non merebitur.
Dico plenam aut semiplenam, quia ali-
quam adhuc merebitur, ut docet Barth:
sup.

sup. Ratio; quia cum cit. auth de instr: can
 velit scripturam privatam ex utroq; fidei
 percipere, videlicet ex documento ipso
 & ex testium recognitione, sequitur
 psam scripturam seorsim saltem aliqui
 valere. **I**L **L**UD nondum expeditum est
 an instrumentum authenticum probet,
 etiam si originale deperditum sit? Respon:
 cum Bald: Dec & alijs. si probari & doceri
 possit, originale seu protocollum calidum
 de perditum fuisse, tunc huiusmodi trans-
 sumptum seu instrumentum publicum a
 Notario conscriptum, atque in formam
 publicam redactum fidem facit, ut patet
 ex L. publicati. **C.** de **T**estamen. Secus si ho-
 edoceri non possit. Et ratio prioris est:
 quia exemplum huiusmodi authenticum
 obtinet vim originalis, aut matricis, u-
 habet L. unum. jun: Gl. ff. de Testam. Dis-
F**I****C****V****L****T****A****S** augetur, quando instru-
 mentum aut transsumptum huiusmodi
 referret se ad originale aut aliud, an he-
 dem mereretur in casu, quo non exhibe-
 retur illud ad quod relatio habetur? Re-
 spon: Negativè, quia sic decidit auth: si quis
 in aliquo. **C.** de edend: & Nov: 119. cap: 3. E-
 qui

quidem procedit hæc doctrina etiam in
casu quo Notarius diceret se instrumen-
tum illud & vidisse & legisse. contrà Spe-
cul: de instrum: edit: §. restat: collat: ult. quia
ut benè cit. DD. in cit. authen: regula ibi
allata generalis est, & nihil excipit. An
syngrapham suam recognoscens, negans
verò contenta esse vera, audiendus sit, si
contrarium non probaverit: *Respons:* Non
audiendum sed confessioni standum esse,
donec contrarium probetur. Moveor au-
thoritate *L. generaliter*, & *L. cum indebito*,
de prob. Bald: *in consil: 198. lib. 1.* Neq; vim
habent textus, quos aliqui in contrarium
adferunt, explicandi enim sunt non loqui
de confitente scripturam suâ manu scri-
ptam esse, sed de confitente scripturam
manu tertii scriptam, & contenta in ea
negat, ut patet ex ipsis textibus. **H A N C**
solutionem nova dubitatio consequitur,
num instrumentum confectum inter du-
os, probet aliquid contra tertium (*Stant*
prosententia affirmativa. Jafon. Barthol:
Mascard. propter *L. cap. 5.* & *ibi Gl: de adult:*
& *text: L. quero. §. ult. & cap. ult. de succes: ab*
intest: Sed hi textus revera tantum pro-
bant,

Bant, si alia simul concurrent indicia, confessionem istam inter alios factam probare contra confitentem: & in allato capitulo: confessio facta fuit præsente Abbat: & sic non est confessio inter alios.

Nos igitur dicimus ne quidem semipnam probationem efficere, quia regulis omnibus nota est, res inter alios actus non nocere: & textus pro nobis nimis claram pugnant. in L. certum. ff. si quis absenti confessus. & L. ult. de interrog: act. & ita sentiunt Salicet. in L. bona fidei Bald: C. de credend: & alijs. Quæ situm est, an ad substantiam contractus instrumentum pertineat? Nullatenus, sed solus ad rei gestæ fidem. L. cum res 12. C. de prob. Quare instrumento amissō (ut supradiximus, verbo difficultas augetur) non statim obligatio intercidit, cum aliis modis fides Judici fieri possit. L. 20. & 21. C. de probat. L. 1. 4. 5. 6. 7. & 8. 10. 11. C. de instrum. etiam si negotium necessarioscituram requirat. Hotom: in L. 1. C. de instr: Et hoc est, quod Justinianus L. testum 18. C. de testibus nov. 90. cap: 2. velit sicutum scriptura comprehensum sit, solu-

tionem eius aut scripturâ seu apochâ, aut
5. testibus probandam: non ergo instru-
mentum de substantia contractus. Vide
Hotom: Cuiac: cit Novel: 90.

5. Qua ratione, quo loco & tempore
instrumenta edi debeant DD. fusè tra-
dunt. Nos breviter dicimus: edenda in
judicio instar aliarum probationum, &
quidem parte citata, ac post litem conte-
statam: & nihilominus differunt à reli-
quis probationib⁹ quoad productionem,
quod produci possint instrumenta, non
solum in termino probatorio seu intra
terminum intra quem examinari debent
testes, sed usq; conclusionem in causa. *cap:*
cum dilect: 9. & ibid: DD. h.t. Ratio quia in
hac productione, non subest metus subor-
nationis, qui subest in testibus, nisi forte
Judex præscripserit certum tempus, intra
quod instrumenta omnia edi debeant.

6. Post conclusionem verò in causa
produc amplius non possunt, quia is est
terminus exclusivus omnium probatio-
num, cum factâ conclusione, de causa li-
quere dicatur. *juxta Gl. in cap: significave-
runt v. liquere Felin ibid: de testib: Sic etiam*

pro-

produci nequeunt quando renunciatum
 est omnibus probationibus. Hoc tamen
 fallit. 1. quoad Judicem, cui si placeat in-
 tegrum est conclusionem rescindere, &
 ulteriore probacionem partibus injun-
 gere. *cap. cum Ioan: 10. h. t. 2.* si producens
 instrumenta fidem juramento faciat, et
 demum post conclusionem in causa re-
 perta esse. *cap. pastoralis de except: 3.* in cau-
 sa matrimonii, in qua sententia maxime
 contra matrimonium lata, nunquam tra-
 fit in rem judicatam. *cap. lator. 7. jun. gl: de*
re jud: Quando instrumentum non ad
 probandum, sed ad priores probationes
 declarandas profertur. 5. in criminali-
 bus, in quibus nunquam concluditur in
 causa quoad reum, idq; favore defensio-
 nis receptum est. 6. in causa appellationis
 possunt ea instrumenta produci, quib; in
 priori instantia obstabat conclusio, iuxta
 L. per hanc DD. *ibid: C. de tem. appell.* 7. di-
 ga regula procedit in probationibus fa-
 cti, non juris: quia leges semper allegari
 possunt. 8. fallit eadem regula quoad re-
 cognitionem sigillorum. Deniq; si facta
 sit conclusio cum clausula *salva reproduc-
 tionis*

A

ctione scripturarum. & alijs casibus. SUB IN-
 D E etiam citatio partis necessaria non est,
 ut cum instrumentum producitur ad fo-
 lam instructionem Judicis. Similiter in-
 terdum etiam ante litem contestatam
 produci debent, de quo L. 1. §. 1. & fin: ff.
 de edend: SCR V P V L V S hic resolvendus
 restat, an reus actori teneatur instrumen-
 ta edere, & quatenus tertio alicui instru-
 mentum edendum sit. Ad 1. Vide dicta
 tit. 10. num: 2. ver. an si actor. Ad 2. vide L.
 si quis ex argentarijs 6. §. unde apparet. Sed
 limitationes hæc lex admittit, quæ haben-
 tur ex L. quadam. L. 2. C. de edendo. L. qui ac-
 cusa eodem. ADDO dictis instrumenta esse
 stricti juris, ac ideo interpretationem ex
 verbis eius desumendam esse, sed quem-
 admodum iis tantum prodest, qui ibi no-
 minantur, ita etiam non aliis obest, quam
 qui in eo nominati sunt. Vide Wesenbec:
 ad ff. h. t.

TITULUS XIV.

DE JVREIVRANDO.

C A S U S.

Alexander statuerat Lambdacum
 diruere.

diruere. Ad id tendenti cum Anaximenes veniret obviam extra muros, deprecaturus suæ civitatis perniciem; Alexander eo viso suspicans quid esset petiturus: Iuro, inquit, me nō facturum quod Anaximenes petiturus est. Iuramenticonscius Anaximenes: peto, inquit, in Lampsacum diruas Alexander. Qua ratione captus Rex, jurejurando compulsus est iherbare, quos demoliri statuerat. Eras. lib. 6. apopht. Quæritur, an obligationem servandæ urbis induxit Alexandri juramentum. Repl. petenda ex num. 6.

I.

Quia per jusjurandum nonnunquam rei dubiæ fides inducitur nempe alio legitimis probationibus deficientibus, cap. fin: h. t. estq; maximum litium expediendarum remedium, L. 1. ff. h. tit. & omnis controversiæ finis, cap. & si Christi 26. ver. homines. h. t. ideo inter probatum species meritò numeratur. Est autem

tem iusjurandum Divini Numinis assump-
tio in testimonium, ad fidem faciendam,
vel promissionem firmandam. Est vera
probationis species, quia est revera rei
dubia per legitimos modos facta ostend-
sio: *L. admonendi ff. h.t.* insuper præsum-
ptiva probatio est, quæ semper rem dubi-
am suâpte natura præ se fert, ut nomina-
tim habetur in *L. Sancimus ult: Cod. ad L. Iul.*
Repet: quâ credendum juramento dicitur,
quia lex non præsumit quemquam esse.
Divini timoris immemorem, & vide e-
andem constitutionem in *Decreto Grat:*
Can: Sancimus. 1. q. 7. & similiter iusjuran-
dum reliquis probationibus comparat:
Alex: III. in cap. 2. de prob. ibid. cum aliæ le-
gitima probationes deesse noscantur, & text.
in cap. mulieri probationes alias non habenti de
jurejur: in L. fin: C. de fid. com: cuius religio e-
lecta est nullis alijs probationibus requisitus, in
L. Tutor in prin: ibi omnibus probationibus ali-
is deficientibus ff. de jurejur. NEGATIVAM
tuetur Dec: ad hanc rubr: n. 11. quod ita
senserit Ulp: in L. sed et si possessori §. ult. ff. de
jurejur: ubi sic perinde haberi quod probatum
est, atq; si probatum esset. Et in L. non erit §.

L

dato

dato. ff. eodem: ibid. sic. quasi satis juratum
jurejurando constat enim quod perinde, an
 quasi tale est illud simul esse impropriè tale
 L. i. cum not: ff. de recept. Iterum proban
 adversarii: ex cap. i. §. similiter si de inv.
 seu his ver: si verò fidelis in possessione incremen
 ti fuerit, non oportebit eum investituram pro
 bare, sed jurare: porrò adversativa illa, sed
 satis declarat, aliud probationem, aliud
 juramentum esse. Cumq; hæc satis esse
 non viderentur adjungunt ridiculè ex
 Paulo tex. in L. Lucius. ff. de condit. & demon
 strat; sic enim arguunt. Si non est in homi
 nis potestate, ut se filium probet. cit. L. Lu
 cius. est tamen in potestate, ut se filium ju
 ret, necessariò sequitur juramentum pro
 bationem non esse.

Addunt præterea authoritates & leg
 quibus suaderi videtur, legitimas proba
 tiones eas duntaxat esse, quæ aut testi
 bus constant, aut literis, aut confessione
 cap. ad abolendam. juncta Gl: ver. deprehensi
 hæret. L. contra negantem. cum Gl: ver. pro
 tur. C. de L. Aquil.

Adducunt etiam rationes, quibus l
 dem comprobari videatur, quarum alie
 ran

ram discussimus sup. tit: 11. Juramentum scilicet non esse verè & propriè probationem, quod magis ab onere probandi levamen sit. *L. cum qui in princ: ff. de jurejur.* Altera ratio rei, de qua agitur magis propria est. Actore enim non probante (aiunt) reus absolvit debet. *cap. inter dilectos.* *in fin: de fid: instr:* contra ergo probante actore reus condemnandus est: reus autem ex juramento non condemnatur, *cap. ult. de ijs quæ vi metusvè. cau. fi.* igitur juramentum probatio non est. Deniq; si juramentum verè & propriè dicatur esse probatio, sequitur jurantem, quasi testem esse in propria causa *arg: cap. in omni. de testibus cap. per tuas de probat.* id autem est absurdum. *L. Nullum ff. de testib.* *L. in omnibus.* *C. eod: can: nullus 4. q. 3. ergò.*

2. Verum non habet hæc sententia fundamentum, quod non facilè subvertatur, nam ad illud Ulpi. *cit. L. sed et si posse fessori.* DICO Pauli intentionem aliam non esse, quam quod velit, eundem esse juratoriae cautionis effectum, ac cæterarum probationum, unde (inquit) perinde haberis quod juratum est, atq; si probatum esset.

L. 2 *hoc*

hoc est, perinde debere restituī quā possi-
 dentur ac si alio quopiam modo proba-
 tum esset, quocircā nihil aliud deduci-
 tur, quām jurisjurandi, reliquarumque
 probationum æqualem esse virtutem. E-
 quoad text. cit. §. dato. nemo non videret
 dictionem quasi resolvi in causalem. Dicit
 inquit, jurejurando non aliud quæretur quām
 an juratum sit omīssā quæstione, an debeat
 quasi satis probatum sit jurejurando: hoc est,
 quia satis probatum sit jurejurando. addobu-
 ius dictionis eam esse potestatem subinde-
 ut veritatem præse ferat: sic enim legitur
 in Evangel. Iohann. 1. quasi unigeniti à Patre
 in cap. Parochianos junct: Gl: quasi debitum de-
 decim. Ad argumentum ineptius ex L. Lami-
 us deductum responderi potest ex iis, quā
 ad fert. Manc: cap. 9 ad rubr. de prob. nempe
 rejectas in eo casu à testatore præsumptu-
 vas fuisse probationes quale juramentum
 est. Alciat: tract: de præsumpt: in prælud. p.
 n. 4. Ad rationem desumptam ex L. cui
 qui, responsio patet ex dictis tit: II. Adal-
 teram, quod ex probatione reus conden-
 netur, non autem ex juramento: Di-
 aliud non inferri, quām quod jurame-
 tu

tum non sit plena & perfecta probatio:
 At non sequitur, juramentum non sufficit
 ad condemnationem, ergo verè & pro-
 priè probatio non est, nam unius etiam
 testis depositio ad eandem non sufficit,
 quæ tamen verè & propriè probatio est:
 aliud ergo est probationem esse plenam,
 aliud propriam, nam plenitudo quan-
 titas, proprietate verò qualitas importa-
 tur; non igitur valet argumentum, *est im-*
perfecta aut minus plena probatio, ergo minus
propria, nam & speciem equi imperfectio-
 rem esse quām hominis, sed non minus
 propriam, notum est. Ad postremum de-
 niq; patet efficax non esse, cum eodem
 modo jurans testis sit; etiamsi diceremus
 aut fateremur jusjurandum impropriè
 probationem esse. ADDO nihil fortè ab-
 surditatis habere, esse quandoq; aliquem
 in propria causa testem, id enim & jurif-
 jurandi religio patitur. arg: L. i. ff. de jure-
 jur. & tum Legis tum Judicis authoritas,
 necnon partis deferentis consensus: sibi
 enim imputare debet, qui juramentum
 detulit. argum: L. si quis in conscribendo. C. de
 pactis.

3. Juramentum autem defertur vel liti
decidendæ causâ, vel extra litem, contra
etuum, negotiorumq; confirmandorum
gratiâ. Quod extra litem negotiis firman-
dis interponitur, ex natura sua vim con-
mandi contractum non habet, quia ex na-
tura sua solum habet, ut obliget ex virtute
religionis, nempe ut verum esse id premissum
pro quo Deum quasi fidejussorem &
item adhibuisti, hoc autem solum fieri pos-
test, etiam si ipse contractus & promissio
se nullam vim aut robur habeat: ex natura
rei enim, quâdo fidejussorem adhibestur
contractui, si sit de se nullus, non accipi
valorem aut firmitatem ex adjuncta fide-
jussione: atqui juramentum promissori-
um aliud non est, quam fidejussio divina
quæ licet obligationem maiorem adferat
quam humana fidejussio, non tamen imo-
tat naturam contractus magis quam huma-
na. Et præterea id clare cernitur in juram-
ento de usuris solvendis, quod promissio
nem non facit esse in se validam, & tamen
obligat, non ex virtute Justitiae, sed reli-
gionis tantum: *Vasq: de testam: cap. 3. dub. 2.
Suar: de juram: lib. 2. cap. 29.* Unde si jun-
men-

mentum vim aliquam habeat ad confirmandum contractum, sine dubio id habebit ex dispositione juris humani: pro cuius questionis decisione: an scilicet jus humanum dederit ei aliquod particulare privilegium ad hunc effectum producendum.

4. Refero sententiam communissimam: nempe contractos irritos principaliter ob favorem publicum, juramento non confirmari; quando tamen secundario prohibentur ob publicam utilitatem, priuariò autem ob utilitatem privatorum, juramento confirmari. Hæc quidem quoad illa verba communis est, nam plerique dicunt confirmari juramento: sed non ad eam significatam, nempe secundum eam significationem, ut scilicet eo accedente contractus fiat validus in se, & in ratione contractus, ita ut sublatâ obligatione juramenti maneat adhuc obligatio contractus: nec enim hoc exprimit ita clarè DD. Tenet tamen in hac stricta significatione, Panor. l. cum conting: de jure jur: n. 8. & q. 2. n. 9. fundamētum sententiæ suæ defumens ex parte jurantis, quod nullus privatus possit renuntiare fa-

vori publico, seu favori legis immediati prospicientis bono communi. L. *jus publicum ff. de pactis. cap. si diligentie de foro competet* & quod talis actus ut potè bono communi ob sistens, hoc ipso sit contra bonos mores naturales, ut proinde juramentum illi adjectum, obligationem nullam inducere possit. *cap. non est obligatorium. lib. I. in 6.* secus si contractus principaliter prohibitus fuerit ob utilitatem privatan & bonum cuiusq; civis, tunc enim, ut dixi, juramento firmari potest, per *cap. 1. de pactis in 6.* & *Authen: Sacrament: puberum: ubi contractus favore minoris nullus juramento confirmatur, & cap: cum contingat. b. tit.* ubi alienatio fundi dotalis favore mulieris nulla similiter juramento confirmatur. Ratio quia unusquisque potest renunciari favori pro se per legem introducto. *cit: cap. si diligentie: & præjudicium boni communis cum eo casu sit modicum. Jus Canonicum non curat. Confirmatus itaq; contractus, nisi reprobatus sit odiosus creditoris in ejus favorem præstatutus quia in eo fit turpitudine: nam licet juramentum servandum sit, donec relaxetur.*

ne Deus in falsum testem adducatur, tam
en tunc contractum non confirmat,
ne sit vinculum iniquitatis. contra cap:
quanto: 18. h. t. debet autem turpitudo ista
esse de jure naturali vel divino: nam si sit
de jure humano, juramentum confirmat
contractum, quia supplet vitium. cap:
quamvis de pactis. in 6. purgatq; vitium nul-
litatis jure civili inductæ, facitq; ut occa-
sione juramenti eodem loco sit, quo esset,
si jus eum non reddidisset irritum. ita Pa-
nor. quem sequitur Mol: disp: 148. Sanch:
lib: 3. de jure. cap. 12. n. 11.

5. Sed revera stando in jure, videtur
omnino probabilius contractus civili ju-
re nullos non confirmari juramento, eo
modo, quo hæc sententia explicat: & pro-
bo, quia nullum habemus certum hujus-
ce rei ex jure fundamentum. Nam jus
Canonicum nec potuit, nec voluit con-
tractus reddere validos: prior pars osten-
ditur, quia civiles laicorum, contractus
non subsunt dispositioni juris Canonici,
nisi quatenus hoc requirit salus anima-
rum, ut suppono ex lib: 1. decret. tit. de con-
stit. & video passim placere recentioribus

Theologis, qui in temporalia laicorum, potestatem directam Ecclesiæ negant, & indirectam tantum concedunt, eamque quæ necessaria est, ad dirigendas animas ad salutem æternam: atqui ad bonum regimèn animarum non est necesse, ut juramentum confirmet contractum: sufficit enim, ad salutem, ut juramentum ipsum servetur, & hoc quod juramento promissum est, præstetur: ergo non est cur dicimus, leges inducentes inhabilitates in contractibus, authoritate potestatis Ecclesiasticæ tolli posse, & propter solum juramentum reddi habiles eos, qui à legi ma potestate seculari, redditi sunt inhabiles. *Quod si agatur de legibus, quæ tantum irritant quo ad actionem pariēdam in foro civili, & relinquunt contractus validi in foro conscientiæ, putamus posse Ecclesiā statuere, ut juramento adhibito tales contract⁹ validi sint, quia potest expedire ad salutem animarum, & promovendam pietatem, ut Jūdex sacerularis cogat eos, quæ obligantur naturaliter ad servanda pacem vel promissa, quando jūrārunt ea præstare, & ad hoc concedere actionem & similiam.*

lia remedia, ad obtinendum quod debetur, & ut cum lege civili non statuatur talis coactio, Ecclesiasticâ statuatur, debeatq; Judex secularis, cum res sit, quæ ad salutem & pietatem animarum pertineat, Ecclesiasticæ potestati hac in parte obtenerare. Verum ut hoc argumentum probaret, oporteret hic examinare prius, an contractus jure civili pariant obligationē naturalem, sed quia id non est hujus loci: sufficiat nobis probare, de facto id non esse statutum jure, quia iura quæ citantur non amplius in rigore probant quām juramentum ob Dei reverentiam servandum esse, nam in cap: *cum conting: de jure jur: tantum statuitur juramentum esse servandum*, etiamsi legitimæ Sanctiones, id est, leges civiles tales contractus improbent. Ergo ex illo textu nihil habetur solidi. Neque obstat Auth: *Sacramenta puberum C. si adversus veditorem*. quia ibi Imperator tantum statuit. *Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non revocandis immobiliter custodienda esse*; non autem dicit contractus confirmari. Minus officit cap: *quamvis de pactis in s. quia verba*

illa si pactum juramento firmatum fuerit, sonat tantundem ac si dicas, si pactum juratum fuerit, aliquid enim firmamento firmare, idem est, quod jurare sive assertorie sive promissoriæ. Pontius lib: 12. de mat. cap. 8. §. 7. Hac autem spectato juris rigore.

6. Cæterum spectata consuetudine probabilius censemus, contract⁹ aliquos jure civili invalidos juramento confirmari, & non solum juramentum esse validum & servandum, sed etiam aliquam obligationem distinctam ab obligatione juramenti in contrahente oriri: hæc sententia placet, tum quia communis DD. ut supra diximus n. 4. tum quia praxi penè omnibus munitur: non judico autem in materia practica à communi usu & interpretatione legum esse recedendum, prixin communem testantur Mynsing: cent. 3. obser: 10. Gail: lib. 2. obser: 38. & alij paſſim: quidquid sit de rationibus à nobis allatis videtur res publica Christiana admisselam Authenticam, & Pontificias constitutiones eo modo, ut occasione juramenti aliqua maior vis tribuatur contractibus jure tantum positivo nullis quam jure naturali.

tur alii irritis, v.g. quod plus obligetur mulier, quae consensit in alienationem fundi dotalis & juramento obstrinxit se ad non revocandum, quam ille, qui usurario juravit usuras se soluturum.

7. Juramentum, quod litis decidendæ gratiâ interponitur, tres sub se species comprehendit: Voluntarium, necessarium, & judiciale. Voluntarium est, quod extra judicium pars parti defert, sic dictum, quod non nisi ex ejus, cui defertur, voluntate suscipiatur. L. 1. 2. 3. b. t. nisi forte inter partes conventum sit, ut ab eo, cui defertur, præstetur: tunc enim ab eo præstatum erit, sicut & semel susceptum, ab eo, cui defertur, præstari debet, nec potest referri. L. *jusjurand:* 17. ff. eod: quia licet ab initio sit voluntarium, tamen ex conventione aut susceptione fit necessarium, & hoc parit exceptionem reo, si is juraverit, L. 6. & 9. ff. eod: daturq; etiam successoribus tam in rem quam in personam. L. 7. ff. eod: Actori verò, si ipse juraverit, parit actionem in factum. L. *Actori C. d. reb. cred:* vel actionem ex contractu, si de ipso contractu juratum fuerit, L. *si duo*

§. f.

§. si quis juraverit ff: eod: *Judiciale juramentum* est, quod in *judicio à parte* partide fertur approbante *Judice*. L. *delata C. di reb: cred:* Dicitur *judiciale à loco*, in quo præstatur: nō est autem nece *ssarium*, qui & liberè suscipitur, & ab eo, cui delatum est, referri potest. cap. *fin: ver. quamvis h.* L. *jusjurandum 34.* §. *ait prætor. 6. ff. eodini-* si & simul jussit *Judex* præstari *juramen-* tum: alterutrum tamen facere cogit, aut in *quam jurare*, aut *juramentum re-* ferre, quando *Judex* illud detulit, nisi sol-
vere malit. cit. §. *ait prætor.* Quia mani-
fæ turpitudinis & confessionis est, nolle nec jurare, nec *jusjurandum* delatum re-
ferre. L. *manifesta. 38. ff. eod:* nisi fortè sab-
fit justa causa recusandi, veluti si quis à te
exigat juramentum de facto alieno, quod
justè ignoras, non teneris jurare, nec *ju-*
ramentum tibi delatum referre. L. *Ma-*
cellus ff. rerum amotarum. Similiter *actor*,
qui plenè probavit intentionem suam,
non tenetur *juramentum* sibi à *re o dela-*
tum præstare vel referre. cap. *2. sup de pre-*
bat. Quia tunc *actor* sufficienter de *jure*
suo docuit nec *juramento* indiget. Simili-
modo

modo si actio proposita talis sit, quâ reus
conveniri non possit, non tenetur reus
præstare juramentum ab actore sibi dela-
tum, vel illud referre. Quod si verò jú-
ramentum delatum referatur, co[m]muniter
præstandum erit ab eo, qui detulit: aliâs
vel super principali causa ulterius non au-
diatur. *L. jusjurandum* 34. §. datur h. t. vel
auxilio provocationis secluso super ea cō-
victus censebitur. *L. generaliter* 12. §. 1. C. de
reb. cred.: Nec immeritò cùm non debeat
dispicere conditio jurisjurandi quam de-
tulit prius, cit. *L. jusjurandum*. §. ait prætor.
DIX I communiter, quia D I F F I C U L-
T A S est, an jurisjurandi judicialis à Judi-
ce approbati justa causa recusandi futura
sit, si ab actore, qui nullo modo intentio-
nem suam probaverit, deferatur. Affir-
mat Panorm. cap: fin. quamvis. h. t. & alij.
I. quia actore deficiente in probatione
reus et si nihil præstiterit, obtainere & o-
mninò absolvî debet. cap: fin: cit. *L. qui ac-*
cus: C. deedend. excepto casu, quo quis pro-
priam scripturam neget, ut docet Novell:
73. de instr: caut: §. si tamen quisquam. 2. *Quia*
actore plenè probante non tenetur actor
jura-

jurare tametsi ei offeratur juramentum
 reo. ergo similiter neque reus jurare te-
 nebitur, ubi actor nihil probavit. At nos
 negativam opinionem amplectimur mul-
 tarum legum authoritate permoti. 1. *L.*
Tutor ff. de jure jur: quæ sic habet. *Tutor p-*
pilli. ait *Juris c: omnibus probationibus defi-*
entibus jusjurandum deferens audiendus est. 2.
Ob L. ult. C. de fideicom: ubi hæres jurare
 compellitur, si fideicommissum aliunde
 probari non possit. 3. **Ob L. generaliter C. de**
reb cred: & jurej: ubi dicitur etiam in prin-
 cipio causæ (quo tempore sanè nondum
 est probata) jusjurandum offerri posse.
 4. **Ex L. manifesta C. de jure deliberandi:** ubi
 revera non distinguitur, an actor proba-
 verit nec ne, sed manifestæ turpitudinis &
 confessionis esse dicitur, nolle jurare aut
 juramentum referre, nam is, cui juramen-
 tum offertur, testis, & Judex in causa pro-
 pria constituitur. *L. ult. C. de fideicom:* Un-
 de si jurare recusat, confiteri videtur se
 malam causam habere. **N E Q U E** obstant
 argumenta in contrarium allata: nam ad
 primum dico solùm verum esse hoc sensu,
 quod re' nihil probare teneatur: non au-
 tem

tem quod non jurare. Ad 2. Dico hæc esse dissimilia: quia cum actor plenè probavit, jam de jure suo docuit, nec juramento indiget, quia est causa satis liquida, sed ubi nihil probavit, & is contendit sibi deberi, reo id negante res est dubia, unde juramento oblato decidenda est. SED Quid si REO offeratur juramentum ab actore, qui conatus est intentionem suam probare, & re ipsa aliqualiter probavit, non tamen sufficienter: jurabitne? Rx. Quod sic: quia leges sup. cit. quibus constituitur, ut is, cui juramentum defertur ab adversario, illud subire cogatur aut referre, non distinguunt, utrum is qui juramentum offert nixus fuerit probare nec ne, & ratio legis æquè urget pro utroque casu: quod videlicet manifestæ turpitudinis & confessionis sit, ubi in causa propria testis & Judex aliquis efficitur oblato sibi juramento, nec jurare velle nec juramentum alteri referre. Et hæc quoad primam juramenti speciem.

8. Juramentum necessarium est quod in causa dubia à Judice defertur reo, vel actori propter defectum plenæ probationis.

nis. L. *admonendi* 31. ff. h. tit. dicitur necessarium, tum quia à Judice necessariò deferendum, si partes petant, tum etiam, quia ab eo, cui delatum est, necessariò subeundum. L. generaliter. §. 1. in princ. C. *denibus credit*. nisi & hic justa recusationis causa subsit. cit. L. generaliter. ut si auctore plenè probante, reo nihil, Judex illud auctori deferat. DIXI in conclusione Reo vel auctori, quia sunt qui juramentum hoc superpletorum probationis reo, sunt qui auctori deferendum existimant. Qui reo deferendum censent, sequentibus moventur argumentis. 1. L. cit. *admonendi* ubi patet juramentum delatum fuisse reo. 2. excip. ult: h. tit. ubi similiter reo ad purgandum innocentiam deferendum esse Pontifex mandat. 3. ex L. *favorabiliores de reg. jur.* ubi dicitur favorabiliores esse reos quam auctores. 4. Quia post publicatas attestaciones non licet auctori novos testes producere super eisdem capitulis per Authentum quis semel C. deprobat: Clem: 1. de test: ergo multò min⁹ producere in testem seipsum licebit, quod sit cum juramentum auctori defertur, & is jurat; videtur enim esse testis in

sis in causa propria p. L. ult. C. de fideicom.
 Qui verò actori deferendum putant, fundatur in eo, quod juramentum hoc deferratur in supplémentum probationum cum videlicet semiplenè probatum est, ita ut magna sit præsumptio contra reum, tunc ergo actori deferendum asserunt. Sunt etiam qui rem hanc Judicis arbitrio committant ob text. in cap. ultim: §. Sanè de iur. ubi sic. *Nisi Iudex facti & personarum circumstantijs consideratis actori deferendum esse putaverit.* Nos hac in re statuimus: nequam reo deferendum esse juramentum sed actori, si hic semiplenam probationem attulerit per regulam generalem.
L. bona fidei. & text. in cap. ultim: §. i. de iur. quatenus ibi Pontifex dicit, *nisi Iudex actori potius quam reo deferendum putaverit.* Atqui si actori aliquando deferendum est, hoc sanè casu, quo semiplenam probationem attulit. Ergo actori & non reo deferendum erit. Et confirmari potest sententia nostra, ex eo, quod nulla ratio efficax appareat, ut Judex potius reo juranti in causa propria credat, quam actori, qui jam de jure suo aliqua ex parte docuit,
 & pro

& pro quo maior est præsumptio veritatis quām pro reo, modo ut dictum, Actor non minus quām semiplenē probaverit, alias locum habet regula L. qui accusare de edendo. Actore non probante reus absolvitur, aut ad summum in casu quo actor minus quam semiplenam fidem fecerit, reo iuramentum præstandum erit, ad purgandum adversus se conceptam suspicionem, ut habetur toto tit: de purg; Can: Sed non propterea licebit reo iuramentum, sic deflatum, referre. cap: fin. h. t. v. famosa. quia cum iuramentum actoris tantum semiplenē probet, non efficeret cum prionibus probationibus minus quam semiplenis plenam probationem, ut benē & do. Etē Panor. Sed quid si re fideq; pares sint, utri deferre debet iudex jusjurandum? Respondeo reo potius quām actori, qui priores esse debemus ad liberandum quām ad condemnandum. L. favorabiliteres. 125. ff. de R. I.

9. Porrò proficit jusjurandum suppletorium quacunque in causa deferatur: quæcunq; sit actio, in rem, in personam, in factum, pœnalis, præjudicialis, aut quæ-

verita-
 , Actor
 paverit,
 usare C.
 solvint,
 r minus
 reoju-
 surgen-
 tionem,
 Sed non
 a, sic de-
 sa. quia
 n semi-
 i priori-
 emple-
 le & do-
 res sint,
 indum?
 ri, qui
 randum
 erabilis-
 supple-
 feratur;
 sonam
 ut quo-
 v*id*
 visalia; quia in *L. bonæ fidei. 3. b. t.* habetur
 sic: In *bonæ fidei contractibus*, nec non in cæteris
 causis inopia probationum per Iudicem jureju-
 rando causa cognita res decidi oportere: in ci-
 vilibus scilicet causis, non autem crima-
 libus criminaliter intentatis, instituta sci-
 licet actione ad publicam vindictam: Di-
 co criminaliter intentatis: quia de crimine,
 si civiliter agatur instituta scilicet actione
 ad utilitatem privatam locus est juramen-
 to suppletorio: ut proinde ita interpre-
 temur *L. 3. ff. de jurejur. & cap. ult: eod:* ut
 de causa criminali civiliter intentata in-
 telligantur: id quod significat verbum
 actionis utroq; in loco usurpatum, nempe
 incit: *L. 3. pœnali actione & in cit. cap. pen: fa-*
mōsa actione; ubi enim criminaliter agi-
 tur, dicitur potius accusatio quā in actio.
L. 7. de crimine. C. ad L. Cornel: de fals: & sa-
 nē in causis criminalibus ita servatur, ut
 siquidem reus sit confessus vel convictus,
 condemnetur. *L. qui sententiam C. de pœnis.*
 Ad illud *L. in bonæ fidei* nempe & in cæteris
 causis, de causis pecuniariis intelligenda
 non dubito. Sed quid si causa sit matri-
 monialis? non refert: nam præjudicialis
 hæc

hæc est actio, quâ quæritur maritus qui
 sit nec ne, uxor, iponsus, sponsa sit nec ne,
 vide L. 2. ff. de sponsal: quām tamen recte
 temperant doctrinam, ut affirmanti ma-
 trimonium contractum deferatur, non
 neganti: iniquissimum enim foret, si ne-
 gans jurasset, sanctissimum vinculum pre-
 textu jurisjurandi dissolvi, cap. Lat. d.
 sent: & rejud: Covar: p. 1. de spons: n. 25. An
 si peieratum sit causa retractari possit?
 Dico sive voluntario sive necessario jun-
 mento causa decisa sit; retractari non po-
 test prætextu perjurii. L. 1. C. h. tit. L. admo-
 nendi 31. ff. eod: nisi in ipsa delatione con-
 ventum sit, ut si pateret peieratum esse,
 causa retractetur. Donel: in L. 1. C. de ju-
 rejurand: aut legatarius deferente hærede
 juraverit, sibi quid relictum, postea pa-
 tuerit relictum nihil esse. L. ult: C. v. g. hæ-
 res petebat à te 100. tamquam à defun-
 cto credita: jurasti credita non esse; po-
 stea prolatu Chirographo patet credidi
 esse; vel contra jurasti te credidisse patri
 meo 100. postea reperta apacha patet so-
 luta esse, causa retractari potest. Simili-
 ter cum minor detulit & captus est, L. 9.

§. si minor: ff. eod: denique cum juratum est
 infraudem creditorum. eadem L. 9. § sed
 & si quis. Ceterum causa, jurejurando à Ju-
 dice delato, decisa, facilis retractatur, ut
 si quis nova instrumenta reperisse se di-
 cat, quibus nunc solis usurus sit, L. admo-
 nendi. Cuiac: 18. observat: 35. Ratio eius rei,
 cur facilis judiciale, difficilis voluntari-
 rum retractetur, est: quod voluntario
 conventio ineſt, quā id agitur, ut sive ri-
 tējuratum, sive peieratum fuerit à lite &
 controversia discedatur: Judiciali nulla
 huiusmodi conventio ineſt. Voluntari-
 um duo continet: Religionem & con-
 ventionem. Judiciale religionem tantum
 L. 1. L 25. ff. eod: 10. Cūm verò retracta-
 tarjuramentum id ipso jure fit ante om-
 nem judicis sententiam, quemadmodum
 accidit cum sententia lata est ex falsis in-
 strumentis. L. 1. 2. 3. Cod. si ex falsis instr: ex
 falsis allegationibus. L. si prætor 75. ff de jud:
 L. 1. 2. 3. C. si fals: alleg: tut. excus: sit ex fal-
 sis testimoniis. L. Divus 33. ff. de iud: Cuiac:
 in para. C. si ex fals: instr: Si peieratum fueri,
 impunè id est peieranti? A S S E R O: ordi-
 naria perjurii pœna nulla est, contempta
 enim

enim religio satis D E U M ultorem habet
 L. 2. C. ad L. Iul: majestatis. Vindicatur ta-
 men extra ordinem. L. 33. §. ult: de jure iuris
 ex quo sequitur juramentum deferri non
 posse, ille enim teste Augst. qui hominem
 provocat ad jurandum sciens peieraturum vi-
 cit homicidam: quia homicida corpus occisum
 est, ille animam imò duas animas, & eiusque
 jurare provocavit & suam, & subdit: Sciu-
 rum esse, quod dicas, & falsum esse, quod illud
 cit, jurare compellis? ecce jurat, ecce peieratur
 ce perit. Tu quid invenisti imò & tu periisti, quia
 de illius morte te satiare voluisti, ita tex. inc.
 ille qui hominem. 22. q. 5.

ii. Utilis ad rem nostram quæstio est,
 quo tempore hujusmodi juramentum
 deferendum sit, utrum nempe post con-
 cusionem in causa peti à litigatoribus
 possit, & à Judice deferri, si ante conclu-
 sionem in causa petitum non fuerit. A-
 SENTIMUR Salic: ad Leg. bona fidei C. l.
 reb: cred: non quidem eo argumento mo-
 ti, quod ipse sumit ex L. generaliter C. de n.
 bus cred: & jurejur: quia non deciditur ei
 lege juramentum peti posse ut deferatur
 post conclusionem in causa, sed deciditur eâlo-

eâlege, sive in initio causæ offeratur juramentum, sive in medio, sive in fine, illud esse ab eo subeundum, cui est delatum, ne si forte moriatur, hæres, qui jurare non potest, ea probatione destituatur.

Movemur ergo altero arguento, quo ipse utitur, nempe ante conclusionem in causa, neq; litigatores neq; judices scire posse, utrum juramento suppletorio opus sit: quando & post publicatas attestaciones usque ad conclusionem in causa multa produci possunt. Deinde quod omni tempore litigatori liceat Judicis officium implorare, ut id decernat, quod æquitatis ratio postulat. Atqui æquitatis ratio petit, ut in dubiis causis inopia probatorum causa jurejurando delato decidatur, ut patet ex cit. *L. bonæfidei*, & cap. ult. h.t. ergo nihil opponitur, cur omni tempore litigator id petere non possit. Deniq; movemur ex eo quod habetur in cap. cum lo-
annes. de fide instrum: in seq: ver. Non obstante, quod interrogatio à Iudice facta fuerit, postquam à partibus extitit in causa conclusum cum Iudex usq; ad prolationem sententiae universa lecidiit rimari debeat, & possit interrogare de facto

M quo-

quoties dubitationis aliquid occurrit. Atq; his patet robur sententiæ nostræ, quæ etiam tuetur Gail: asserens in ipsa Imperiali Camera eam esse receptam communiter. Fateor quidem post conclusionem in causa non esse amplius locum probationibus, si agatur de probationibus testimoniis, vel instrumentorum, sed quoniam nūs Jūdex jurejurando causam decider possit nihil impedire potest conclusio in causa, neq; enim hæc est probatio litigios, sed Judicis potius ad veritatem indagandam provisio.

TITULUS XV.

DE PRÆSVMPTIONIBVS.

C A S U S.

VEnit ad Ioannem Caroli IV. Partrem, qui diceret; si præmium aliquod statuatur, se sublaturum vaneno Henricum Carinthiæ Ducem cui de Regno Bohemiæ fuit cum Ioanne contentio. Quid Ioannes? me, inquit, inscio Henricum intellemi

emisses malevolè, furca tibi præmī-
um futurum erat; & tu me modò
tanti sceleris auctorem petis? *Æneas*
Sylvius in dicta Alphonsi Regis Lib. 3. num. 22.
Quæritur? an ad hominem illum
condemnandum aliqua præsumi
potuissent, sine temerariâ præsum-
ptione? *Resolutio petitur ex num: i.*

*S*ed & ex præsumptionibus interdum
probationes deducuntur, quæ quan-
doque plenè, quandoque semiplenè pro-
bant: nonunquam alias probationes co-
adjuvant, ideo post titulos de probationi-
bus in communi & particulari, hic etiam
titulus subjungitur.

i IV. P.
æmium
rum v.
Ducem.
cum lo-
nnes?
m inter-
emi
1. *Est autem præsumptio nihil aliud
quam conjectura probabilis ex certo ali-
quo signo proveniens, ad adstruēdam rei
dubiæ fidem, seu quæ alio non adducto
pro veritate habetur. Quia verò quandoq;
Jus, quandoq; Judex conjecturas ex per-
sonarum & rerum circumstantiis elicit,*
*hinc duplex natum est præsumptionis ge-
nus apud DD. ut quædam præsumptiones*

M 2 sint

sint juris, quædam hominis, sive rectius
Judicis. Hæc est, cuius effectus non est in
jure expressus. L. utr: ff. de lib. donati:
Mar: & Vxor: & dividi potest in temerari-
am, quæ ratione probabili caret, & à jun-
tione respuitur cap. licet her: de sim & in non tem-
erariam, & est conceptus in mente cau-
satus, ab aliqua conjectura aut facto pro-
babili, quæ quia subinde maior, subinde
minor, ideo eandem quidam subdividant
in vehementem seu violentam, quæ per-
nam facit probationem. cap. inquisitionis
in 2. distinguimus. de sent: excom: & si fama
aliisq; adminiculis roboretur, etiam ple-
nam probationem facit. cap: tertio lco 13.
h. t. Præsumptio juris est, quæ in ipso ju-
scripta est, vel à lege approbata, & hæc ad-
viditur in præsumptionem iuris tantum
& in præsumptionem iuris, & de iure: illi
est, quando ius in re dubia aliquid praefo-
mit nihil desuper constituendo quod pro
iure sit: talis est præsumptio, quæ ex ca-
cellato chirographo oritur. L. si chirogra-
phum 24. ff. de probat. Hæc est cùm lex an-
Canon ita aliquid præsumit, ut super tu-
præsumptione ius firmum statuat: & de
cito

citur iuris, quia à iure introducta, & de
iure, quia super tali præsumptione lex in-
ducit firmum ius, & eam pro veritate ha-
bet, ita ut non admittat probationem in
contrarium, usi admissit præsumptio ju-
ris tantum. Talis est præsumptio consen-
sus matrimonialis, quæ oritur ex concu-
bitu sponsi cum sponsa cap: qui fidem de
sponsi quamvis tale matrimonium præsum-
ptum inter sponsum & sponsam ob car-
nalem copulam subsecutam, hodiè abro-
gatum sit, per Trid: sess: 24. cap. 1. Hujus-
modi quoq; præsumptiones sunt, quæ ex-
tant in L. antiqua C. ad SC. Vel. in L. fin. C.
ad Maced.

2. Præsumptiones oriuntur, vel ex na-
turali causa, & naturalibus principiis, ut
præsumptio, quâ præsumitur esse ignis,
unde fumus exire conspicitur: quæ meri-
tò violenta dici potest, cum sit prorsus
necessaria, nec probationem in contrari-
um admittat: vel certè oriuntur ex prin-
cipiis, conjecturis, indiciis humanis, alii-
sive circumstantiis Lege humanâ appro-
batis; quamvis præsumptio juris & de ju-
re desumatur exactis præteriti temporis,

probationem in contrarium non admittens nisi certis casibus, de quibus *Vallen lib: 2. tit. 23. num: 6. 7. 8. 9. 10.*, rejecto adversarium probandi onere *ibid: n: 11.* qui præsumptionem juris & de jure pro se habens, eam allegare non tenetur, quia si eam, pro veritate habet, quam Judex velit nolit sequi debet: quod non procedit quando præsumptio oritur ex facto proprio, hæc enim præsumptio juris est, ideo alleganda: dico proprio, quia quando oritur ex facto adversarii, cuius mente & animum non nosti, imputari non debet, si eam non alleges. Videlicet *Menochil. 1. q. 2. & seq.*

3. Infero ex dictis præsumptivam veram probationem haberi, sive juris ea, aut de jure simul fuerit: quia non minus venitas ex probabilibus quam necessariis colligitur, ut proinde filiatio præsumptiva probata (si vicinus aut aliis scientibus in domo viri natus ex muliere fueris) sufficiens sit; L. si vicinus C. de nupt: non obstante, quod mater in actis spurium te profelli fuerit. L. Imperatores ff. de prob. cap: 1. jun. cap laudabilem de frigid. & malefic. Idemq; ei si te

sit testamento aut pacto requiratur probatio in conditionem (*si probaverit*) sola præsumptione, conditio impletur. *Læl: Man-*
cim: diss. 4. cap. 9. n. 11. & 12.

TITVLUS XVI.

DE EXCEPTIONIBVS & PRÆ- scriptionibus.

C A S V S.

Fridericus I. Cæsar, Hadriano IV.
 Pontifici è iumento descendenti
 stapedem tenuit, sed quia sinistrum;
 ideo Pontifex: nescimus, inquit, an
 ad irrisiōem, an aliorum; siquidem
 dexter fuisset: obsequenti contredic.
 Respondit Fridericus: minime se studuisse stapedibus attrectan-
 dis: illud addens: Tu primus es Pa-
 ter, cui tali officio inservivi. Demum
 factus Cæsar comotior: scire velim,
 inquit hoc officij genus an ex debi-
 to sit; vel beneplacito; si hoc: quis
 causabitur negligentiam in sponta-
 neo? sin autem ex debito; parūm

interest, quo latere accesserit, qui
venerabundus adorat. Hac verbo-
rum vicissitudine sine osculo disce-
serunt. *Cranz. lib. 6.* Quæritur an adus
huiusmodi, à longissimo tempore
continuati per Cæsares, præscriptio-
nem, sive iuris obligatioem induc-
re potuerint? *Resol. pete ex num: 12.*

I.

HVcufq; sufficienter ostensum, quod
modo actor suam intentionem pro-
bet, sequitur de exceptionibus, quibus
reus vicissim se adversus actorem defen-
dit, agamus: exceptiones enim aliud non
sunt quam defensiones reorum, quibus
actiones adversariorum eliduntur: quo
quidem interpretes in tria genera par-
untur: aut enim judicium respiciunt, au-
litatores, aut causam. Judicium respici-
ut exceptio fori incompetentis, replicatio
præventi, exceptio loci non tuti, termini
nimis angusti, feriarum &c. litigantes, ve-
luti quod quis non habeat legitimam pe-
sonam standi in judicio, quod Procurator
esse non possit, quod mandato careat,

quod

quod non fatis dederit. &c. Causam, velut
libelli inepti & obscuri, ineptæ cumula-
tionis, pacti de non petendo intrâ certum
tempus, pl^o petitionis litis pendentis, præ-
judicii, excussionis & ordinis &c. Quæ ex-
ceptiones ante litem contestatam propo-
nendæ sunt, nec proponendæ duntaxat,
sed & probandæ, quia in exceptionibus
reus censetus actor L. i. ff. h. t. L. in exce-
ptionibus ff. de prob: Sed an aliæ quoque, sic
est, quoad eas, quæ defumuntur ex perso-
na Judicis & litigatorum L. de etate ii. §. ex
causa ff. de interrog: act: Peremptoriæ regu-
lariter ante & post litis contestationem
usq; ad sententiam definitivam proponi
possunt. L. 2. C. sententiam rescindi non posse:
L. prescript: C. h. t. quin imò: certæ sunt
peremptoriæ exceptiones, quæ post sen-
tētiā definitivam, & quidem postquam
illa in rem iudicatam transiit, opponi pos-
sunt, & oppositæ probataque executio-
nem impediunt. quæ recensentur à Gl. in
L. de jur: & fact. ignor: Hujusmodi est sc.
Maced: & Vel: Vide plenius *Canisium*
lib. 4. t. 4.

2. Exceptio præscriptionis à lapsu tem-

M. 5. poris

poris desumitur. estq; adeptio dominii
 per continuationem possessionis tempo-
 re à lege definito L. 3. ff. de usurp: & usucap:
 introducta est, à jure civili, ne dominium
 aliquarum rerum ferè semper incertum
 esset, L. 1. ff. de usucap: & limites intermi-
 nables L. ult: ff. pro suo. utq; in rebus suis
 curandis homines diligentiores essent
 cap. vigilanti. de præscript: Jus autem Ca-
 nonicum præscriptionem cum mala fide
 non admittit: cum bona admittit, dum
 secundum illam disponit 16.q.3. & cap San-
 ctorum. de præsc: Unde res aliena bona fide
 præscripta retineri potest in conscientia,
 etiamsi mala fides superveniat, quia
 translatum est eius dominium in præscri-
 bentem, ab Imperatore vel alio habente
 ad id potestatem, sicut in delictis ita &
 aliis casibus bonum publicum cōcernen-
 tibus: idq; etiamsi dominus negligens no-
 tabiliter non fuerit, quia præscriptio non
 solum introducta est in negligentia pa-
 nam: ex plurium DD. opinione: modo
 tempus ad præscribendum legitimum non
 desit, quod quidem in diversis diversum
 est. Contra supremos Principes sola cen-
 ten-

tenalis præscriptio admittitur, ut refert Alex: consil: 84. n. 2. sicut contra Rempub: superiorem non agnoscente Socin. consil: 86. n. 12. Solam etiam centenalem contra Ecclesias admirerat Justinianus. in L. 23. ut inter divinum C. de sacros: Eccles: sed postea loco illius substituit quadragena- lem in auth. constitutio coll: 8. quæ tamen re- strictio non procedit contra Ecclesiam Romanam: unde Irnerius autheticarum ordinator in authent. quas actiones appo- suit clausulam, sola Ecclesia Romana gauden- te centum annorum spatio vel privilegio, for- tas quia lex nova generaliter loquens de Ecclesiis, non trahitur ad casum Ec- clesiae Romanæ anteriori lege specialiter provisum; iuxta Gl: in L. sciendum. ff. qui sa- tisdare: cog: Jure autem Canico expressè statutum est adversus alias Ecclesias quad- raginta annis præscribi cap. de quarta cap: il- lud. & cap. quia. de præsc: adversus Roma- nam non nisi centum. cap: ad audientiam. cap. cum nobis. & cap: si diligenti in fin: eodem. Ratio, quia hæc est omnium Ecclesiarum caput, & in ea est apex summi Pontificat⁹. 3. Alia legitimæ præscriptionis condi-

tio est possessio: nam sine possessione praescrip-
 tio non procedit reg: 3. in 6. debetque easal-
 tem civilis esse; sola autem naturalis non
 sufficit. ex com: Covar. reg: possessor. p. 2. n. 1.
 Unde neq; alienæ possessionis occupator
 possessionem inchoare potest, quamdiu
 alter absens v. g. civiliter possidet. Neq;
 commodatarius, depositarius, colonus,
 inquilinus, procurator, qui rem in pignus
 accepit, praescribere possunt, eo quodrem
 non ut suam, sed ut alienam possident.
 Sed neq; qui ab ejusmodi personis, quam
 vis bona fide rem accepit praescribere po-
 test, quamdiu dominus civilem rei pos-
 sessionem retinet: nisi is vasallus sit aut
 Emphyteuta & omnino usufructuarius,
 qui cum quasi possessionem non tantum
 naturalem, sed etiam civilem utilis dom-
 nii habeant, quippe suo nomine possiden-
 tes usumfructum, eundem praescribere
 non prohibentur. Panor: cap vigilanti n. 4
 de præscr: L. 2. & 7. C. de præscr: 30. vel 40. An-
 norum. Covar: sup: Porro defectu hujus
 conditionis laici praescribere non possunt
 ius exigendi decimas nomine proprio co-
 que modo, quo id ad Ecclesiasticas perso-
 na

nas pertinet, sicut neq; alias res facras, si-
ve spirituales, quippe quarum possessionis
incapaces sunt. Neq; à subdito, profite-
re se subditum, præscribi potest adversus
ea, quæ potestati gubernativæ intrinseca
sunt, puta, ut legibus, & præceptis non te-
neatur, ut à superiore non iudicetur, pu-
niatur &c. DD. in cap. cum liceat de præscr:
quamvis interdum possit aliquis temporis
longinquitate contra superiorem præ-
scribere immunitatem, per quam desinat
esse subditus Less: dub: 12. Panor. cap. cùm
non liceat n. 16. de præscr.

4. Tertia conditio est bona fides: nam
possessor malæ fidei nullo unquam tempore pra-
scribit reg: 2. in 6. Dicitur autem bonâ fide,
id est, bonâ conscientiâ possidere, qui pru-
denter existimat se possidendi jus habere,
ratus videlicet rem esse suam, vel saltem
nesciens rem esse alienam: ut fusiús de his
Abb: in cap. si diligentí n. 14. de præscript. ad
quod intelligendum: addo bonam & ma-
lam fidem dupliciter accipi posse, Theologia
sæc ac civiliter. Priore acceptione, aliud
non est rem bonâ fide, ut suam possidere,
quam sine peccato possidere: quod licet
vel

vel maximè ad possessionem vel usucapiō-
nem exigatur, non tamen sufficit sed re-
quiritur etiam bona fides civili conside-
ratione: cùm enim jus seu commodum
usucapiendi legibus civilibus (appro-
bante etiam jure Canonico) boni publici
causa inductum sit, ideo si lex prohibet usu-
cpcionem, bona fides Theologica usucipienti
hil prodest. Quo etiam sensu dicitur, in L.
sed et si. §. si ante ff. de hæred: petit. post litis con-
testationem omnes malæ fidei possessores esse,
intellige civili consideratione; propte-
rea quod leges ab eo tempore usucapiō-
nem procedere vetant. Abb: cum ex offici-
num: 4. de præscr.

5. Atq; h̄ic quæstio resolvi potest, an
cum invincibili juris ignorantia usucapiō-
fieri possit? Nonnulli affirmant: & non
improbabile putat Less: lib: 2. cap: 6. dubi-
5. Quia juris ignorantia, si invincibilis sit,
inculpata est, consequenter bonam fidem
inducit, quæ ad usucpcionem sufficit. Sed
contraria sententia communis ac vera
est: quæ traditur aperte in L. 31. ff. de usu-
cap. Nunquam in usucpcionibus juris error pos-
sessoribus prodest. & L. 4. ff. de jur: & fast:
igno-

ignorant: juris; ignorantia in usucaptionibus negatur prodesse, facti verò ignorantiam prodesse constat. Et L. 2. ff. pro emptore si à pupillo emero sine Tutoris autoritate, quem puerem esse putem, dicimus usucaptionem sequi &c. quod si scias pupillum esse, putas tamen pupilli licere res suas sine Tutoris autoritate administrare, non capies usu, quia juris error nulli prodest. Simile est, si emas à Prælato fundum ratus Capitulum consensisse, cum non consenserit; potest præscribere. Si vero arbitratus fuisti, Capituli consensum non requiri, præscribere non potes. Pro solutione autem contrarii fundamenti. *Respondeo.* ad usucapiendum requiri quidem bonam fidem Theologicè, id est, bonam conscientiam: sed eam non sufficere; si adsit mala fides civiliter, id est, quæ vitium aliquod ex lege habet præscriptionem prohibente. quamobrem dicitur in L. *quemadmodum.* C. de agricolis & censitis libro: 11. Malæ fidei possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legem mercatur, adeo ut usucapere non possit.

6. Verum limitari haec doctrina debet
 i. si sit ignorantia seu error juris dubii, seu
 circa quod diversæ sunt Doctorum pro-
 bables opiniones, talis enim ignorantia
 bonæ fidei possessorem impedire non de-
 bet. *Abb: cap. de quarta. n. 12. de præscr: 2.*
 ignoratiæ juris civiliter inculpata censea-
 tur; puta in milite, minore 25. annis, vel
 rustico non habente copiam consultoris.
 Nam ideò legum civilium latores juris-
 ignorantiam in commodis acquirendis
 prodesse nolunt, ut desidia evitetur, &
 homines ad legum scientiam excitentur,
 & consequenter, si in quibusdam per-
 sonis juris ignorantia toleretur, eaq; etiam
 Theologicè inculpata sit, tunc bonam fi-
 dem inducere poterit, quæ omni jure ad
 usucapiendum sufficiat. *Molin: libr: 2.*
primogenij cap. 7. n. 69. 3. Limitant aliqui,
 quod juris ignorantia prodit ad præscri-
 bendum fructus extantes, quos possidens
 bonâ fide accepit, existimans videlicet se
 jus percipiendi habere: Sed hoc verum
 non videtur quod attinet ad fructus ex-
 tantes, illi enim post rescissionem contra-
 ctus, qui jure illi resistente non subsistit

un

unā cum ipsa re restituendi veniunt ex
com: Barth: in L. sed et si §. scire. ff. de petitio.
bareb:

7. Ultima conditio ad usucapiendum
aut præscribendum frequenter requisita
est titulus; non quidem verus (nam hic
una cum traditione vel possessione rei
dominium transfert, ut præscriptione o-
pustunc non sit) sed rationabiliter præ-
sumptus; puta quia aliquis rem emit, do-
no, hæreditate &c. accepit probabiliter
arbitratus dominum esse eum, à quo rem
acceperat. Talis enim dicitur possidere
& usucapere, pro emptore, pro hærede, pro da-
nato, pro legato, & omnino pro suo DD. com-
muniter. Interdum tamen opus non est
titulum possessionis nosse aut ostendere
posse: cùm nihilominus bona fides consi-
stere, usucaptionemque temporis diutur-
nitate perficere queat: quia facile etiam
in facto p' pri' ex temporis longinqua-
te oblio' contingit, ut dicere aliquis non
possit, quo titulo rei possessio ad ipsum
devoluta sit. cap. i. de præscr: in 6. Quare in
dubio, bona fidei jurisq; præsumptio stat
pro posessore, du'modo is possessionis ca-

pax.

pax sit Covar: reg: peccatum p. 2. §. 8. & ut su-
pra diximus n. 2. continuatio possessionis
tempori legibus definito non defuerit.

8. Quia in re distinguendum, utrum
res, quæ usucapienda est, cum titulo possi-
deatur, an sine titulo: & iterum utrum re-
mobilis, an immobilis existat: Nam res
mobiles triennio usucapiuntur cum titu-
lo & bona fide: sine titulo triginta anno-
rum spatio. Res immobiles cum titulo
ordinariè usucapiuntur inter praesentes
spatio decennii: inter absentes 20. annis:
sine titulo tempore longissimo videlicet
30. annis contra privatos: verum contra
Ecclesiam, Monasterium, hospitale, Fi-
scum publicum &c. 40. annis. Athac di-
stinctius prosequi instituti nostri non est.
Hoc solùm addimus: si jus commune po-
ssessioni resistat, vel aliunde vehemens præ-
sumptio sit, possessionem mala fide, vel ex
juris errore acquisitam, & usurpatam fuil-
se, tum neq; longissimum tempus ad præ-
scribendum sine titulo sufficere, sed ne-
cessé est ostendere possessionem tempo-
ris immemorialis, quia talis ifniemorialis
possessio inducit præsumptionem tituli,

vel

vel accepti privilegii, si capacitas in præscribente fuerit: ut habet Gl. communiter recepta in cap. sup. quibusdam. & præn. de verbis signif: Exemplo sit: si Episcopus alienæ Diœcesis Ecclesias vel decimas tempore immemoriali possideat. Si laicus à solvendis decimis pari antiquitate sit immunis, vel Diœcesani ab ordinarii jurisdictione exempti per cap. si cum persona de privil. in 6. Si inferiores Duces aut Magnates regni, tributa exigant vectigalia imponant. &c. Covar: p. 2. §. 3. Si fundator aut Patronus Ecclesiæ Collegiatæ jus præsentandi Prælatum aut Rectorem Ecclesiæ sibi vendicet, à tempore continuato, cuius initii nulla memoria extet.
Trid: sess. 25. cap. 9. de ref.

PROBARI autem præscriptio debet per testes. juxta Gl. ult: in cit: sup: cap. 1. ut quod semper viderunt & audierunt ita esse nec unquam contrarium, & quod communis est ac fuit semper opinio & fama quod sic fuerit, nec extet contrarii initij memoria. Monet tamen Molin. disp. 76. nihil obstat huic præscriptioni, etsi constet possessionem cepisse ante 100. vel 600. annos &c. dummodo il-

do illius initium memoriam senum, qui modo vivunt, etiam ex auditu aut relatione majorum suorum excedat.

9. Illud porrò diligenter observandum est, obligationes, quæ per præscriptionem extingui possunt, duplicitis esse generis. Quædam enim suapte natura tendunt ad agendum vel non agendum v. g. qui rem alienam possidet, obligatur ad eandem Domino suo reddendam: & qui ex mutuo, empto, aliâve pactione debitor est, obligatur ad rem debitam alteri solvendam. Item in servitutibus urbanis obligatur aliquis v. g. ad ædificium altius non attollendum, fenestram ad alterius hortum non aperiendam. &c. Quibus omnibus hoc commune est, ut nulla præscriptione tolli possint. Covar: p. 2. §. II. 4. Less: dub: 6. quamdiu earum scientia adest, dum, inquā, scis te rem alienam possidere, ex empto, aliâve pactione debitor rem esse, vel jus ædificium tollendi, fenestram aperiendi &c. tibi nullam competere; præscriptionem nec inchoare nec perficere potes, quia malâ fide uteris. Aliæ verò obligationes sunt, quæ suapte natu-

natura duntaxat referuntur ad patien-
dum, vel onus subeundem, si ab altero
agatur, petatur &c: Et ejusmodi obliga-
tiones prescriptione extinguntur, per Abb.
in cap: ult. de præscr. ob solam negligentia-
m, sive cessationem actoris seu exactoris,
etsi obligatus suæ interim obligationis
probè conscius sit. Exemplum accipe 1. ex
legibus pœnaliibus non obligantibus Reū
ad solvendam pœnam ante Judicis senten-
tiam seu exactionem, sicut cernere est in
pœna commissi ob rectigal non solutum.
Nam Fiscus post elapsum quinquennium
res sibi ampli⁹ vendicare non potest, juxta
L. 2. C. de rectig: & commiss: 2. in obligationi-
bus personalibus; si videlicet jus habeat,
servitia imponendi Vasallo, & longo tem-
pore cum occasio se se offert imperare
cessit. 3. Servitutes rusticæ extinguuntur
per solum non usum tempore legibus de-
finito: etsi is, qui præscribit, probè sciatis al-
teri tale jus competere, puta itineris, a-
ctus &c. per fundum alienum: non enim
vi talis servitutis Dominus fundi cogitur
admonere, alterum ut jure suo utatur, sed
patitatummodo, si utatur Less: dub 6. Mol:
disp:

disp. 66. Eâdem quoq; ratione existimodi-
ci posse probabiliter, actionem Hypothe-
cariam, præsertim in generali hypotheca
fundatam, post lapsum temporis legitimi
institui amplius non posse contra tertium
possessorem, puta bonæ fidei, & absq; frau-
de emptorem, et si is tempore currenti
præscriptionis probè sciverit rem oppi-
gnoratam esse: cum neq; hic teneatur ad
aliquid agendum, sed solum ad patiendum,
ut à se vendicetur, si debitor excusis bo-
nis suis solvendo idoneus non reperiatut.

10. Præterea privilegia affirmativa, quæ
aliis onerosa sunt, amittuntur per non ut-
sum spatio decennii inter præsentes, 20.
verò añorum inter absentes L. 1. ff. denun-
dinus, jun: Gl. Soarius l. 8. de L. cap. 34. dum-
modo utendi occasio fuerit, quia non vige-
lenti agere, non currit præscriptio ex communi-
DD. L. 1. ff. de nundinis jun: Gl. Suar: lib. 8. de
legibus cap: 34. contra. Veluti si habeas pri-
vilegium exigendi decimas, visitandi Mo-
nasteria exempta, &c. ac talibus privilegiis,
licet occasio sit, longo tempore non uti-
taris, ea amittis, saltem per viam cuiusdam
præscriptionis ex juris dispositione. Reli-
qua

qua autem privilegia, quæ absolutæ gratiæ sunt, in nullius gravamen cedentia, v. gr. celebrandi ante auroram, dispensandi in irregularitate &c. per merum non usum amitti nunquam videntur, ut benè Gl. penultima in capit. Privilegio de privilegijs cum Suar: sup. (et si contrarium doceat Abb: in cit. cap. ut privilegia. Salas. disp: 18. S. 13. num: 64. arg: L. 1. ff. de nundinis. ubi sic. Nundinis impetratis à Principe non utendo qui meruit decennij tempore amittit. Sed Gl: ibidem respondet. Privilegium hoc inter onerosa numeranda esse. Alii aiunt: Esse id specialiter statutum de privilegio nundinarum.) Non enim via præscriptionis: cum nemo sit, qui contra eiusmodi privilegia non onerosa præscribere possit. Neq; via tacitæ renunciationis, quia quisque liberam facultatem habet, privilegio huiusmodi utendi, vel non utendi, hinc enim regulam tradit Abb. in cap. Ioan. de Cler: conjug: in fine cum lex non necessitat ad agendum, sed solam dat facultatem ad agendum non tollitur per non usum. Atqui eadem ratio est de privilegio, quod etiam liberum & voluntarium usum habet.

II. Privilegia negativa, quæ alii om-
 rosasunt v.g. exemptionis à decimis, à ju-
 risdictione ordinarii &c. amittuntur per
 actum contrarium, ex præsumptione ta-
 citæ renunciationis. DD. communiter
 Veluti si exemptus à Jurisdictione Ordin-
 arii nullo Superioris imperio, aliavè ne-
 cessitate coactus, nulla que protestatione
 præmissâ eius tribunal se sistat. Ceterum,
 quia hæc decisio in renunciationis præ-
 sumptione fundatur; ideo si privilegiat
 actum contrarium exercens non habuit
 animum privilegio simpliciter renunci-
 andi, sed solum quoad illum actum, &c.
 in conscientiæ foro privilegium non amit-
 tit: imò nec in externo foro amittere de-
 bet, si constet animum simpliciter renun-
 ciandi defuisse: Suar. cap. 35. nisi inspec-
 etiam legitimæ præscriptionis tempus
 cum privilegiati taciturnitate decurre-
 ret: quod probari videtur, ex L. voluntarii
 C. de excus: tutorum, in qua, juxta interpre-
 tationem Salyceti, definitur; si aliquis pri-
 vilegium obtinuit, ne ad Tutelam sus-
 piendam cogi possit, etsi unam spon-
 suscepereit, non ideo ad alias suscipienda
 com-

ius one
iis, à ju
tur pe
ioneta
le Ord
iavè ne
station
eterum
nis pa
vilegia
habuit
renunci
um, &c
on amic
ttere de
r renun
si inspec
tempus
decurre
voluntari
interpre
iquis pr
am sulc
m spon
cipiendo
com
compellendum esse. Unde reg. rubricæ
est. Per unum actum contrarium non perdit
aliquis privilegium habens effectum reiterabi-
lem & successivum. Id verò certum esse de-
bet privilegia absoluta & nulli præjudi-
cantia v. g. non jejunandi, horas canonici
cas non recitandi, per actum contrarium
non tolli; stante, inquam, tali privilegio;
nihil obstat, quo minus aliquis ex liberâ,
voluntate orare, jejunare possit.

12. Actus liberi voluntatis licet lon-
gissimo tempore continuetur, nunquam
inducunt præscriptionem, sive juris ob-
ligationem. *Innoc. cap. cum Ecclesia de causa*
poss. & prop: *Navar: lib: 3. de præscr. consil 4.*
edit. 2. Ut si rusticus Nobili suo singulis
annis donavit duos anseres, vel amicum
suum quotannis adventantem hospitio
suscepit vel ad certum molendinum fru-
mentum suum semper detulit, non ideo
obligationem ullam contrahit temporis
diuturnitate. Verùm, etsi aliquid à prin-
cipio liberâ voluntate præstetur, si tamen
postea exigi aut dari tanquam debitum
ceperit, ex illo tempore acquiritur pos-
sessio juris: in quâ si temporis diuturnita-

N

te cum

te cum bonâ fide perseveratur, præscrip-
tio absolvitur, ut jam verè & re ipsâ de-
bitum sit. *Innoc. sub cit. & Navar: n. 9.* Quia
propter, si exempli causa in aliquâ Eccle-
siâ pro benefactore anniversarius longi-
simo tempore celebratus fuerit, & cele-
brantes nunc dicant, se sine ullâ obliga-
tione ex merâ liberâ voluntate celebrati
ad Episcopum spectabit examinare, audi-
tis testibus &c. an ita se res habeat, sicut
li asseverant, an verò secus, quia comuni-
fama & persuasio semper fuerat, ex obli-
gatione propter antecedentem fundatio-
nem aliquam, anniversarium habitum ful-
se: tunc enim Clerici compellendi erunt
ad continuandum, licet literæ fundatio-
nis modò exhiberi non possint. Quod me-
gis etiam in hoc ipso casu præsumendum
videtur, cum sit recepta doctrina, quo-
illa, quæ non solent gratis & liberaliter
præstari, præsumantur in dubio præstan-
tanquam debita, si præstatio diuturnitate
temporis, præsertim immemorialis, adju-
vetur: talis autem videtur esse anniver-
rius, quem credibile est, Clericos tam
tempore non ita ordinariè celebraturo
fuisse, sine obligatione.

O
me
uta
fit.
tur.
tiâ,
lega
cure
fan
pre
im
den
dica
DE
A
Ch